
An dicta clauſula faciat nouationem vide Bald. in l. p. num. 37. C. de ijs quæ pen. nom.

49 QVÆ PÆNA COMMISSA, &c. Ad hanc clauſulam vide Pariſ. in conſ. 109. num. 36. Alex in l. ſemel mora num. 3. 4. 5. ff. ſolut. matr. Ponitur enim dicta clauſula quia dici ſolet quod ſolutio pæne eſt loco adimplementi Dec. in conſ. 380. col. 2. Bald. num. 1. in fin. Caſtr. num. 5. & Dec. num. 8. & 10. & in l. cum proponas la 2. C. de pact. Bald. in l. 2. C. de Iur. emp, num. 2. 17. Alex. in conſ. 132. num. 2. v. 4. Bald. in conſ. 131. v. 1. & conſ. 167. v. 3. Cephal. conſ. 35. vide Aret. in conſ. 137. num. 1. Nico. Moron. de fide treg. & pace q. 166. nu. 1. cum ſeq. in vol. xi. p. 1. tract. 450. col. 4 Bald. in l. 1. C. de de his quæ pen. nom. vide tamen Ias. in l. ſi inſulam nu. 28. cum ſeq. ff. de verb. oblig. vide dicta in præced. numero. 47. 48. & in ſeq. num. 50.

50 RATHA ET FIRMA MANEANT, &c. Hæc clauſula quid importet vide Pariſ. conſ 93. finis nu. 17. v. 3. & conſ. 20. num. 40. & 102. v. 1. Riminal. in conſ. 571. num. 22. v. 3. Port. in conſ. 80. num. 17. cum ſeq. Bertaz. in Repet. l. ſi quis maior. q. 30. num. 40. C. de tranſact. vide adducta in cap. 58. num. 8 & hic ſupra num. 47. 48. 49. & infra in cap. 62. num. 29.

De clauſula vero Ratho manente pacto an etiam proſit in obſeruanti

Digitized by Google

-uanti & alia circa eam vide Bapt. de S. Blaſio de correlat. in princ. Venio ad primum num. 48. in vol. 18. tract. 265. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace q. 127. num. 1. 10. & q 166. num. 3. 4. in vol xi. p. 1. tract. 441. 450. Bart. in l. cum proponas nu. 1. C. de tranſact. & in l. qui fidem numero. 10. de tranſact. & in l. cum antea num. 3. C. de arbitr. & in § quia vero num. 5. in Auth. de Iudic. idem Bart. in l. cum pater §. libertis num. 5. ff. de legat. 2. Bald. in l. emilius num. 16. ff. de minor. Alex. in l. ſemel mora num. 4. 5. cum ſeq. ff. ſolut. matr. & in l. ita ſtipulatus num. 20. ff. de verb. oblig. Ripa in l. fin. nu. 114. C. de reuoc. donat. Aret. in conſ. 137. num. 1. Hercul. de caut: de non offend. cap. 36. num. 32. 33. Celſ. vgo. de clauſ. num. 247. & 248. in vol. 18. tract. 501. Io: Guttier de contract. Iur. cap. 60 num. 2. & 4. cum ſeq. in vol. 6. p. 2. tract. 109. Camb. de clauſul in clauſula Rato manente pac. num. 1. & 8. cum ſeq. in vol. 18. tract. 370. Afflict. deciſ. 220. In cauſa num. 5. Lancelot. de Attentat. limit. 2. num. 84. in vol. 5. tract. 326.

An dicta clauſula Ratho manente pacto impediat moræ purgationem vide Alex. in l. ſi inſulam nu. 31. ff. de verb. oblig. Afflict deciſ. 174. quidam num. 4.

Multa de dicta clauſula refert Bertac. in ſuo Repert. in Clauſul. Contractuum in ver. Clauſula Ratho manente pacto mihi. vol. 1. 328.

51 SVB HYPOTECA, &c. De hac dicetur in cap. 62. num. 45.

52 ROGANS, &c. De hac vide ſupra in cap. 58. num. 20.

REVOCATIO PROCVRATORIS.
CAPIT. LXI.

FOrmam ſeruandam in Reuocatione Procuratoris vide Felyn. in cap. ex part. il 3. verſ. Reuocatio num. 7. ex. de reſchrip.

AD hanc materiam vide late Carp. ad ſtat. medio. cap. 65. per totum vol. p. & Felin. in d. capit. ex parte il 3. numero 7. de reſchript.

1 ANSELMVS, &c. Vide ſupra in cap. 1. num. 11.

2 CONSTITVTVS, &c. Vide ſupra in cap. 1. n. 12.

3 OMNI MELIORI MODO, &c. Vide ſupra in cap. p. num 23.

4 CLARE ET EXPRESSE, &c. Quia mandatum durat quouſq; perſeuerat tacita voluntas mandantis vt in ſeq. num 5. Dicuntur autem hec verba.

Primo vt expreſſa faciat ceſſare tacitam voluntatem mandantis per regulam de qua per Dec. in conſ. 423. num. 17. & conſ. 546. nu.

Digitized by Google

6. Crau. in conſ, 32. num. 2. & conſ. 92. num. 1. vol. 1. vide ſupra in cap. 49. num. 61.

Secundo dicuntur hæc verba quia mandatum fuit conſtitutum publice & expreſſe vnde clare & expreſſe per aliud inſtrumentum debet reuocari Vant, de nullit. cap. x1. poſtquam vidimus num. 158. in vol 4. tract. 405. Felyn. in cap. ex parte il 3. numero. 7. de reſcript.

Tertio dicuntur hæc verba quia verba obſcura nihil determinant Coraſ. de com. opin. num. 20. in vol. 18. tract. 222. & verba palam debent exprimi l. quicquid adſtringende ff. de verb. oblig. & reuocatio non probatur niſi quatenus apparet in inſtrumento Bald. in l. ad probationem num. 1. C. de probat. & expreſſio debet fieri in parte diſpoſitiua Io. Stafil. de Grat. expect. num. 30. in vol. 15. p. 1. tract. 265.

Expreſſum autem quot modis dicatur vide Bart. in l. 1. num. 7. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. vbi Franc. de Aret. & Socc. in ſua repet. & quid dicatur expreſſum vide quæ dicit Porcell. de confect. inuent. cap. 6 nu. 25. in vol. 8. tract. p. 2. 164. Dec. in conſ. 63. num. 3. & conſ. 259. num. 3. vide adducta in ſeq.

5 REVOCAVIT, &c. Quia ſola voluntas mandantis reuocat mandatum l. ſi vero non remunerandi § ſi mandauero ff. mand. vbi Bart. §. recte Inſt. de mandato Bald. in l. mandatum num. 3. C. mand.

Pluribus tamen modis mandatum reuocatur vide Felyn. in d. c. ex parte il 3. verſ. reuocatio num 7. ex: de reſcript. vbi late Vant. de nullit. in cap. poſtquam vidimus num. 155. & 158. in vol. 4. tract 405. Bald. in l. mandatum num. 35. C. mand. vide adducta in cap 49. num. 61. & cap. 2. num. 1. & hic infra num. 8.

6 QVOVIS MODO, &c. Hæc clauſula omnino extendit diſpoſitionem gloſ. in clem: Ne romani in ver. quouis modo de elect. & in clem. fin. in ver. quouis modo de ſent. excom. & de ea vide Ang. in conſ. 283. Viſo themate col. 3. Cepoll. in conſ. 14. num. 12. in criminal Hipol. de Marſil. conſ. 80, num. 37. 39. quos refert Stracca de mercatura p. 1. nu. 83. in vol. 6. p. 1. tract. 288. Andr. ſicul. in conſ. 47. lib. 4. & cõſ. 17. lib. 6. Quem refert. Dec. in conſ. 486. nu. 2. Carpan. ad ſtat. mediol. vol 2. cap. 31. num. 8. qui citat Aſyn in praxi. in princ. cap. 7. & Anchar. Iun. in q. 39. num. 10. 11. vide Decian in conſ. 3. nu. 136. & conſ. 57. num. 26. v. 1. & conſ. 2. num. 9. & conſ. 87. num. 21. v. 1. Borgn. deciſ. 5. Fiuiz. num. 2. v. 1. vide adducta ſupra in clauſ. Quoquomodo in cap. 60. num. 43. & in cap. 63, nu 39. & cap. 67. num. 16.

7 MANV SER SEBASTIANI, &c. Vide in cap. 59. nu. 2.

8 PRÆSENTES AVDIENTES, ET INTELLIGENTES, &c.

Quia

Quia reuocatio debet innoteſcere procuratori Bart. in l. ſi pecuniam §. ſi ſeruum num. 2. ff. de condit. ob cauſam, & etiam alijs per bamnum Bald. in l. mandatum num. 35. C. mand. facit l. ſi mādaſſem vbi Bart. ff. mand. l. ſi procuratorē abſentem vbi gloſ. & DD. ff. de procur. Specul. de procur. § 4. nu. 21. Bart. in l. ſi non ſortem §. qui filio ff. de condit. indeb. Felyn. in ca. ex parte il 3. num. 7. de reſchr. vide ſupra in cap. 49. nu. 61. Et quando Iudici vel alijs innoteſcit de mandato debet etiam innoteſcere de reuocatione Felyn. in c. quamuis num. 15. poſt princ. de ſent. & re Iud. vide hic ſupra num. 5 & in cap. 148. num. 3. & Dona. a fina in ench. concluſ in ver. Reuocatio mihi 275.

Præſenti tamen & ſcienti non eſt notificatio neceſſaria l. item veniūt §. petitam vbi Bart. ff. de petit. hered. & idem Bart. in l. 2. §. fin. num. 7. ff. ſolut. matr. & in l. quidam decedens §. fin. num. 1. ff. de adminiſt. tutor. Alex. conſ. 24 num. 4. v. 4. vide que dicit Felyn. in c. quamuis col. pen. circa finem ex: de re Iud.

INTELLIGENTES, &c. An per hoc tollatur eror vel probatio in contrarium vide Dec. in conſ. 179. nu. 9. vide dicta in cap. 150. num. 26. ante fine.

9 ET NVLLIVS ROBORIS EFFICACIÆ, &c. Omnimodam nullitatem demoſtrat & ipſo Iure c. nec captandæ. de conceſſ. preb. in 6. Felyn. in c. Rodulphus num. 30. de reſcript. facit l. qui in carcerem ff. quod met. ca. l. ſi quis ſempronium in fin. ff. de hered. Inſt. Iaſ. & Ripa in l. 4. §. condemnatum num. 1. & 3. ff. de re, Iudic. late Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. reuertatur Fall. 24. num. 97 cum ſeq. C. de reuoc. donat. Bertaz. de clauſul. clauſ. 36 gloſ. 5. 6. per totum Iaſ. in l. de pupillo §. ſi quis ſorte num. 3. ff. de oper. no. nunc. Carpan. ad ſtat. medio. vol. 1. cap. 416. num. 137 138. Vant. de Nullit. cap. 1. num. 12. cum ſeq. in vol. 4. tract. 372. col. 1. vide hic infra num. 12.

10 IN PRÆDICTIS ETC. PRÆD. &c. Vide adducta in cap. 58 num. 2.

11 DEPENDENTIA VEL CONNEXA, &c. Quæ dicantur dependentia & connexa Alex. in conſ. 58. num. 7. v. 1. Boer. deciſ. 243. num. 5. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. q. 45 num. 6. quos refert. Carp. ad ſtat. med. vol. 1. cap. 58. num. 3. 4. & cap. 344. num. 26. 27. eod. v. 1. vbi citat. alios Io: de Graſſ. de ſubſtant. procur. §. cum emergentibus in vol. 3. p. 1 tract. 373. Amod. Iuſt. de Caſtell. de ſindacatu verſ. emerg. & connex. num. 181. 182. in v. 7. tract. 344. vide pulchre & late conſ. Signorol. & Fulgoſ. poſitum in tract. Cepoll. poſt tract. ſimul contract. & de fugit ſeru. Lancelot. de attent. p. 2 cap 12. limit. 2. nu. 10. 360. in vol. 5. tract. Bart. in l. Aurelius §. idem quæſiuit num. 3. ff. de liber. leg. Bald. in l. 2. num. 5. C. de re Iud. Late Menoch. de

arbitr.

Digitized by Google

Arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 1. cap. 95. & lib 1. q. 55. numero 6. 8. Grammat. deciſ. 103. num. 156. vide in cap. 140. num. 28.

12 CASSA IRRITA ET ANNVLLATA, &c. Ad has clauſulas quod intelligantur ipſo Iure vide Bertaz. de clauſ. clauſula 36. gloſ. 1. 4. 5. 6. vide hic ſupra num. 9. Socc. & Dec. in l. cum poſtea nu. 3. C. de pact. facit Auth. caſſa C. de ſacroſ. eccl. vbi Dec. num 6. 7. late Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. reuertatur fall. 4. num. 46. C. de reuoc. donat.

Item negat actum in totum pulchre & late Franc. Ferr. de eſſent. infant. cap. 15. num. 2. vol. 8. p. 2. tract. 394. col. 4.

Item quod annullatio ſit pęna vide l. non dubium vbi Bald. num. 6. & Iaſ. num 7. C. de legibus.

13 IVSSIT ET DECLARAVIT, &c. Quia pendet ab eius ſola voluntate vide hic ſupra num. 5. Reuocauit.

14 ROGANS, &c. Vide ſupra cap. 58. num. 28.

INSTRVMENTVM ARRARVM. CAPIT. LXII.

FOrmulā huius Inſtrumenti ponit Speculator in tit. de empt. & vendit. § p. ſciendum num. 1. & ibi in addit. citatur quod eadem formula notatur in ſumma Rolandin. in vlt. par. p. libri.

DE Arris fit mentio in l. fin. ff. de leg. commiſſ. Fabian. de Monte de empt. & vend. q. 5. numero 69. vide adducta hic infra numero 26.

1 IN DEI NOMINE, &c. Vide ſupra in capit. 1. numero 1.

2 PVBLICE OMNIBVS PATEAT, &c. Vide in cap. 1. num. 10.

3 FRANCISCVS, &c. Quod requiratur nomen vide in cap. 1. num 11.

4 PER SE ET SVOS HEREDES, &c. Regula enim eſt quod nobis & noſtris heredibus prouidere ſolemus l. ſi pactum in fine vbi gloſ. ff. de probat. l. heredem vbi DD. ff. de reg. iur. vide ſupra in cap. 60. num. 41.

Qui veniant heredum appellatione vide Alex. in l. quædam. §. nihil col. 1. ff. de edend. vide DD. in l. Fluminum. §. adicitur verſ. ſucceſſores ff. de damn. infect. Bald. in l. liberti nu. 29. 36. C. de oper. liber. vide infra in hoc cap. num 11. & in cap. 63. nu. 13.

Quomodo hæc clauſula intelligatur Celſ. Vgo. de clauſul. nu. 242. in vol. 18. tract. 501. Nicol. Feſtaſ. de extimo & coll. cap. 8. nu. 6. in vol. 12. tract. 193. late de hac clauſula Bertaz. de clauſul. clauſ. 12. gloſ. 4. & clauſ. 39. gloſ. 6. vide etiam Speculat. de empt. & vend. §. 1. num. 3.

Ad

Digitized by Google

Ad illud verbum PER SE vide Bertaz. de clauſ. clauſula 3. gloſ. 2.

5 OMNI MELIORI MODO, &c. Vide ſupra in capit. 1. numero 23.

6 EX CERTA SCIENTIA, &c. Supra in cap. 1. nu. 21.

7 NON PER ERROREM IVRIS VEL FACTI, &c. Ad hoc vide quæ dicunt DD. in tit. ff. & C. de Iur. & fact. ignor. vbi Azo in ſumma.

An hæc clauſula proſit ad excludendam præſumptionem erroris Bart. in l. ſed. & ſiquis §. fin. ff. ſi quis caut. & An credatur notario per talem clauſulam affirmanti non ad fuiſſe errorem Bald. in l. mater. num. 5. ff. de rei vendic. Multa & late de errore dicit Medic. de fort. caſ. par. 1. q 2. per totum.

Item ad hanc clauſulam vide Socc. in conſ. 214. num. 5. verſ. ſed iterum vol. 2. & conſ. 159. num. 23. in fin. & num. 24. v. 2. & An proſit dicta clauſula quando conſtat de errore Alex. in conſ. 42. col. 3. v. 1. & in l. qui Romæ §. duo fratres num. 54. ff. de verb. oblig Curt. in conſ. 50. nu. 372. Vide ad hanc clauſulam quæ ponit Camban. de clauſul. in clauſula non errore ductus in vol. 18. tract. 402. col. 3. cum ſeq. Et ponitur dicta clauſula quia errans non conſentit l. 2. in princ. ff. de Iudic. l. nihil conſenſui in fine ff. de reg. Iur. l. non id circo C. de Iur. & fac. ignor. Dyn. in c. ignorantia de reg. iur. in 6.

Error autem quid ſit & quid ſcientia Bald. in l. quidam eulogio nu. 16. in fine C. de Iure delib.

Error quomodo probetur in cap. 109. numr 39.

8 PROMISIT, &c. De hoc vide ſupra in cap. 60. num. 38.

9 SOLEMNI STIPVLATIONE CONVENIT, &c. Cur apponatur ſtipulatio & quid ſit vide ſupra in cap. 60. nu. 41.

Verbum n. Conuenit. dubitatur an importet ſtipulationem Iaſ. in l. lecta num. 5. ff. ſi cert. pet. DD. in Rubr. ff. de verb. obligat. vbi Iaſ. num. 2. Ripa num. 16 & DD. in l. lecta vbi Cagn. in 14. not. num 87. ff. ſi cert. pet. ſed cum dicitur Promiſit. intelligitur per ſtipulationem vt ſupra in cap. 60 num. 38. 41. & in hoc cap. 62. num. 30.

Solemnis autem ſtipulatio eſt quæ fit ſecundum formam l. ſtipulationum alie. §. ſtipulatio ff. de verb. obligat. gloſ. in verſ. ſtipula nus Inſt. de verb. oblig. in princ. & ſupra in cap. 60. n. 41.

10 PRÆSENTI, &c. Vide ſupra in cap. 60. num. 22.

11 PRO SE ET SVIS HEREDIBVS, &c. Ad hanc clauſulam vide dicta hic ſupra num. 4. & Alex. in conſ. 193. num. 1. v. 2. Nicc. Feſtaſ. de eſtim. & coll. cap. 8. num. 5. 6. 7 cum ſeq. mihi in vol. 12. tract. 193. col 3. vide quæ dicit Bald. in l. ſi plures num. 22. in fin. verſ. ſed iuxta prædicta quæritur C. de condit. inſer. Alex in l. quod dicitur ff. de verb. oblig. Ad hoc facit

etiam

etiam l ſi pactum in fine ff. de probat. l. ſi neceſſarias §. penult. ff. de pign. act. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita & ſeq. ff. de verb. oblig. DD. in l. heredem ff. de reg. Iur. Bart. in l. gallus §. etiam ſi parente ff. de liber. & poſth. & in l. ex. facto ff. ad trebell.

Si non eſſet dictum an tranſiret ad heredes vide l. ſi pactum de probat. Caccialup. de feud artic. 6. num. 1. in vol. x. p. 1. tract, 13. col. 4. vide infra in cap. 88. num. 7. & in cap. 63. num 14.

Si dictum fuiſſet pro ſe an comprehenderet filium vide Moron. de fid. treg. & pac. q. 147. num. 16. in vol. 11. p. 1. tract. 447.

12 RECIPIENTI, &c Vide ſupra in cap. 60. num. 22.

13 VENDERE, &c. De promiſſione de vendendo ſeu de ſe obligando vide Caſtr. in conſ. 52. tria ſunt quæ faciunt nu. 3. & per tot. v. 2 Bart. in l. fin. num. 6. & 8. verſ. alij dicunt ff. de condit. ob ca. Alex. in conſ 17. num. 6. in fine vol. 4. & conſ. 45. v. 5. quem refert. Cagn. in l. aliud eſt uendere in princ. num. 2. ff. de reg. Iur. late gloſ. & Iaſ. in l. in bonefidei num. 3. ff. de eo quod certo loco Stracc. de aſſecurat. in cap. incip. Cicero nu. 57. 361. in vol. 6. p. 1. tract. Lupus de vſuris §. 7. numero. 27. in vol. 7. tract. 123.

De promiſſione de reuendendo ſeparatim facta Socc. in conſ. 253. in cauſa num. 3. verſ. circa ſecundum v. 2. vide infra in cap. 72.

14 ROBORANDVM CLAVSVLIS ET PACTIS, &c. Quia notarius cenſetur rogatus vt roboret & clauſulas & pacta ſolita apponat faciunt quæ dicit late Fely. num. 5. & Dec. col. 3. num. 18. in c. cum. M. Ferrarienſis ex. de conſtitut. Cagn. in l. ſi librarius num. 48. ff. de reg. Iur. facit l. ex ea in princ. vbi Iaſ. num. 4. 5. & alij DD. ff. de verb. oblig. Bertaz. de clauſul. clauſ. 4. gloſ. 34. num. 2. Alex. in conſ. 1. num. 22. v. 5. & conſ. 20. num. 6, v. 2. & conſ. 89 num. 13. v. 3. Socc. in conſ. 101. num. 2. v. 3. & conſ. 55. num. 11. v. 4 Felyn. in cap. ex literis ex. de fide Inſtr. Dec. in conſ 449. num. 26.

ROBORANDVM: Quid importet Alber in Diction. in verbo roborari cum ſeq.

15 SECVNDVM STILVM, &c. Quid ſit ſtilus & quid differat a conſuetudine pulchre Aret. in §. ex non ſcripto num. 6. Inſt. de Iur. nat. gen. & ciu. Alex. in conſ. 212. num. 21. v. 6.

Item ad materiam ſtili Bart. in repetit. l. de quibus num. 10. ff. de legib. Felyn. in c. 2. num. 16. de reſcrip. Bald. in Rubr. num. 4. & in l. fin. nu. 1. C. quæ ſit longa conſuet.

Per quæ inducatur ſtilus vide Bart. in l. 1. num. 9. C. quæ ſit long. conſ. Dec. in Rubr ex de conſuetud num. 2. DD. in cap. fin. de conſuetud. vbi Abb. num. 16. idem Abb. in conſ. 73. num. 11. v. 2. Socc conſ. 99. num. 1. v. 1.

Item ſtilus an probetur per teſtes & per informationem à Iudice

habita

habita a Practicis in Curia Bart. in l. 3. §. fin. & ibi in add. ff. de teſtib. Aret. in d. §. ex non ſchripto num. 7. Inſt. de Iur. nat. gen. & ciu. Bertrand. in conſ. 124. num. 4. v. 2. Curt. de conſuetud. ſect. 8. num. 26. cum ſeq. in vol. 2. tract. 370. ſed vide Socc. in conſ. 36. num. 11. & conſ. 39. num. 28. v. 4. Dec. in conſ. 402. num. 12 & conſ. 483. num. 28.

Quod ſtilus habeatur pro lege facit l. fin. in fin. C. de iniurijs Bald. in l. 1. C. quæ ſit. long. conſ. vide adducta hic in princ. Afflict. deciſ. 135. Quidam Venetus num. 3. & deciſ. 283. Diu. num. 6. Bart. in l. Iuris peritus in vlt. lect. in fine ff. de excuſat. tut. Pariſ. in conſ. 44. num. 17. cum ſeq. v. 1. Felyn. in c. cauſam quæ il 2. num. 11. de teſtibus Marſil. in ſing. 118. & Dec. in c. 2. nu. 6. de reſcript. dicit acta contra ſtilum poſſe per Iudicem reici Menoch. in Reſp. p. in cauſa finarienſi num. 19. qui iungitur cum tract. Recuperandæ.

Item an ſtilus contra Ius comune valeat vide Aret. in conſ. 45. reſpondendo in 3. dubio nu. 5. in med. & conſ. 103. in cauſa col. fin. num. 9. ſed vide Alex. in conſ. 240. num. 2. v. 6. & in conſ. 212. num. 21. v. 6. Curt. de conſuetud. ſect. p. num. 31. ſect. 2. num. 31. ſect. 3. num. 31. ſect. 7. nu. 22. cum ſeq. ſect. 9. nu. 37. in vol. 2. tract. 351. cum ſeq. Craue. de antiquit. temp. par. 4. nu. 36. in vol. 17. tract. 152.

Quod debeant adduci caſus in quibus ita fuerit actum vt poſſit dici ſtilus vide Pariſ. in conſ. 112. num. 12. v. 4.

Item in declarandis Inſtrumẽtis quod recurratur ad ſtilum vide adducta hic ſupra num. 14. & vide Alex. in conſ. 14. num. 24. v. 6. Socc. in conſ. 277. num. 1. & numero 4. verſ. tertio loco cum ſeq. v. 2. Bertrand. in conſ. 317. v. 2. Pariſ. in conſ. 104. numero 74. v. 1.

Quid ſi ſtilus Curiæ repugnat conſuetudini loci cui ſit ſtandum Guid. Pap. q. 292.

Quod ſtilus non inducatur per vnicum actum Alex. in conſ. 28. num. 9. vol. 2.

16 QVANDOCVMQVE, &c. Hæc dictio applicatur ad omne tempus Pariſ. in conſ. 11. num. 36. Sed melius in conſ. 66. nu. 34. & conſ. 73. num. 1. vol. 3. Paul. Leon. de ſubſtit. ſub. 6. nu. 313. & 335 vol. 8. p. 1. tract. 314. & 317. Bart. in l. præcibus nu. 12. C. de impub. & al. ſubſt.

Item talis dictio applicatur ad plures actus Aud. ab exea in tract. de pactis num. 558. & 559. 25. in vol. 6. p. 2. tract. Alex. in l. qui bona §. huic ſtipulationi num. 2. ff. de damn. infec.

Item demonſtrat quandam temporis infinitatem Roland. in conſ. 21. num. 4. 9. 10. v. 2. Pariſ. in conſ. 92. numero 11. & 42. v. 3. Zoanet. de empt. & vend. ſub pac. de retrou. lib. 2. num. 27. 35.

Digitized by Google

in vol. 6. p. 1. tract. 69. Alex. in conſ. 145. num. 3. v. 2.
Intra tamen terminum ſpecificatum per ea quæ dicit Carp. ad ſtat. med. cap. 35. num. 7. vol. 1. & reſtringitur ad habilitatem actus Alex. in l. 2. §. pretor ait num. 2. ff. qui ſatiſd. cog.
Ad hanc dictionem vide quæ dicit Aſyn, in praxi in princ. cap. 7. per totum & num. 12. & vide infra in cap. 89. num. 67.
Item an dicta dictio impediat Præſcriptionem vide Iaſ. in l. 1. nu. 5. ff. ſol. matr. Roland. in conſ. 21. num. 4. v. 2. Pariſ. in conſ. 92. num. 1. & num. 42. vol. 3. Riminal. in conſ. 88. nu. 45. v. 1.
17 REQVISIERIT PERSONALITER VEL AD DOMVM, &c. Quia citatio regulariter de Iure comuni fieri debet perſonaliter & perquiſitione facta ſi perſona non inuenitur citatur ad domũ vt per Tiraq. de retract. lign. §. 9. gloſ. 2. num. 44. & in gloſ. 3. num. 6. facit l. 1. §. permictitur ff. de lib. agnoſc.
Ad domum ideſt vbi habitat l. 4. §. pretor ait ff. de dam. infec. vbi Bar. Caſtr. & alij l. aut qui aliter. §. 1. vbi Alberic. in 3. not. ff. quod vi aut clam. Bart. in tract. de citatio num. 3. q. 2. & Praticam docet Aret. in §. ferè num. 6. Inſt. de rer. diuiſ. ſed vide Aſyn. in prax. ad ſtat. Flor. §. 6. cap. 1. cũ ſeq. vbi latiſſime (ſed Florentiæ adeſt ſtatutum de Offic. Nunciorum quod citatio ſufficiat perſonaliter vel domi) hic autem dicta clauſula ponitur ad omnem dubietatem tollendam. Late etiam de hac materia vide Carpan. ad ſtat. medio. cap. 1. num. 132. & 138. vbi etiam declarat vbi quis habitare dicatur in vol. 1. & in cap. 2. num. 11. cum ſeq. eod. vol. p. vide infra in cap. 88. num. 50. in fine Roland de inuentar. par. 3. cap. quæ quidem citatio in vol. 8. p. 2. tract. 175. vide dicta in cap. 150. num. 17, 26. 27.
Si perſona non inuenitur nec habet domum quod citetur per Proclama vide Bald. in l. fin. num. 3. C. de Iur. domin. impetr. & Florentiæ adeſt dictum ſtatutum de Officio nuncior.
Item ſi citandi ſunt incerti Roland. de inuentar. par. 3. cap. fieriq; debet. in vol. 8. p. 2. tract. 175.
Domus ſolite habitationis quæ dicatur Carp. ad ſtat. medio. cap. 38. num. 3. & 8. vol. p.
18 EX ADVERSO PER SE ET SVOS HEREDES, &c. Dictum fuit hic ſupra num. 4.
19 OMNI MELIORI MODO, &c. In cap. 1. num. 23.
20 PROMISIT, &c. Supra cap. 60. num. 38.
21 SOLEMNI STIPVLATIONE, &c. Vide hic ſupra num. 9.
22 PRÆSENTI, &c. Supra in cap. 60. num. 22.
23 PRO SE ET SVIS HEREDIBVS, &c. Vide hic ſupra num. 11.
24 RECIPIENI, &c. Vide ſupra cap. 60. num. 22.
25 STIPVLANTI, &c. Supra in cap. 60. nu. 41. & hic ſupra n. 9.
Reſi-

Digitized by Google

Reſiduum d. præcij, &c. Vide infra in cap. 72. num. 3.
Dedit ſoluit & numerauit, &c. Vide infra in cap. 63. nume. 172. 173. & 176.

26 PRO ARRIS ET ARRARVM NOMINE, &c. Arra eſt quæ datur loco pignoris in confirmationem actus Inſt. de empt. & vend. in princ. l. arris in fine & l. fin. C. de Sponſal. Bart. nu. 2, Caſtr. & alij in l. contractus § illud C. de fide Inſtr. l. quod ſæpe in princ. ff. de contrah. empt. Et nō obſeruans quid perdat vide in dd. Iuribus & Bald. num. 7. 9. Salyc. & alij in l. 2. C. quando lic. ab empt. diſc.

An poſſit peti intereſſe vltra arras vide Fabia. de monte de emptione in q. 5. princ. p. 2. num. 67. 68. 69. in vol. 6. p. 1. tract. 55. Alex. in l. ſi cum dotem num. 5. ff. ſol. matr. & in ſeq. num. 27.

Quid ſit Arra, & alia ad arrarum materiam vide etiam Bertaz. de clauſul. clauſula 31. gloſ. 7. & 8. & hic ſupra in principio.

Si eſſet ſola confeſſio Arrarū an poſſet reuocari vide que dicit Soc. in conſ. 66. nu. 15. v. 1. & Bald. in d. l. 2. C. quando lic. ab empt. diſc.

27 ET PARTE SOLVTIONIS PRECII, &c. Hec clauſula an operetur quod non ſufficiat arram amictere ſed quod nō obſeruans teneatur ad intereſſe nec poſſit recedere vide Bald. nu. 31. Salic. & alij in l. contractus in fin. C. de fid. Inſtr. Aret. in princ. Inſt. de empt. & vendit. num. 7. Bald. in l. 2. num. 1. vbi etiam alij C. quand. lic. ab emptio. diſc. Bart. nu. 11. & pulchre Caſtr. nu. 5. & alij in l. ab emptione C. de pact. Fabia de Monte de empt. & vend. q. 5. princ. par. 2. num. 67. 68. 69. in vol. 6. p. 1. tract. 55. Afflic. de Iur. proth. in princ. 6. not. num. 20. in vol. 17. tract. 5. col. 3. Bertaz. de clauſul. clauſula 31. gloſ. 7. 8. per totum.

Ad hanc clauſulam vide omnino Riminal. in conſ. 627. numero 4. cum ſeq. vol. 4.

Confeſſus fuit, &c. vide infra in cap. 63. num. 181. & hic ſupra nu. 26. & in ſeq. num. 28.

28 PAGATVM TACITVM ET CONTENTVM, &c. De dicta clauſula ideſt de confitente ſe bene ſolutū & quæ dicatur propria ſolutio vide l. ſolutam in princ. ff. de ſolutio l. ſolutionis verbū eod. vbi DD. l. liberationis & in l. ſolutionis verbo ff. de verb. ſign. vbi Alciat. faciunt quæ dicit Socc. in conſ. 65. num. 3. & nu. 6. v. 4. Cagn. in l. nemo dubitat. nu. 3. 4. ff. de reg. iur. Pariſ. in conſ. 107. n. 132. vol. 3. facit Auth. rogati C. de teſtibus.

Hec clauſula denotat debitum validum præceſſiſſe Rimin. conſ. 194. num. 2. vol. 1.

De verbo contentum fit mentio in l. 1. §. quinimo ff. ſi pars hered. pet. faciunt in argumento l. 1. §. penult. ff. de ſeparat l. quoties

Digitized by Google

C. fam. ercifci vbi gloſ. in verſ. contentus vide infra in cap. 63. num. 181.
De pacto de non petendo vide ſupra in cap. 60. num. 29.
De præcepto à Teſtatore facto quem debere ſtare tacitum & contentum dicitur in cap. 159. num. 42. verſ. ſecundo.
29 QVÆ OMNIA ET SINGVLA, &c. Hec clauſula refertur ad omnia & ſingula pacta e capitula præcedentia & eius Formulam & quid operetur vide Specul. de empt. & vendit. §. 1. num. 18. in fin. & num. 37. 38. Celſ. vgo. de clauſul. nu. 243. in med. Iaſ. in l. titia §. idem reſpondit quoties nu. 3. ff. de verb. obligat. vbi etiam Aret. & alij DD. Aret. in conſ. 74. nu. 3. poſt med. & conſ. 17. num. 9. prope finem verſ. incidenter duo Pariſ. in conſ. 53. num. 30. v. 1. & conſ. 55. num. 64. v. 1. & conſ. 12. num. 92. & conſ. 16. nu. 17. v. 2. & conſ. 1. nu. 104. v. 3. & conſ. 97. num. 87. 91. & 119 & 121. & faciunt ea quæ dicit ipſe Pariſ. in conſ. 32. num. 100. 101. v. 1. vide etiam ad hanc clauſulam Dec. in conſ. 2. nu. 9. Bertaz. de clauſul. clauſula 4. gloſ. 3 per totum Bald. in conſ. 3. num. 33. v. 1. vide quæ late dicit Alex. in conſ. 66. viſo teſtamento vol. 2. vide etiam infra in cap. 63. num. 167. & in ſeq. num. 30.
Si ad hanc clauſulam adderetur.. Et iurauerunt eſſe vera. non poſſet opponi de ſimulatione Iaſ in l. nemo poteſt num. 46. ff. de legat. p.
De clauſula Perpetuo vide in cap. 60. num. 44.
30 PROMISERVNT ATTENDERE, &c. Quid importet hæc clauſula vide Celſ. Vgon. de clauſul. nu. 291. in vol. 18. tract. 503. col. 3. Caſtr. in l. reſcriptum §. ſi pacto in princ. & num. 3. ff. de pact. late de hoc verbo Promicto refert. Bertacc. In ſuo Reperr. in ver. Promicto Bertaz. de clauſul. clauſula 33. gloſ. XI. Caccialup. in tract. de pact. q. 4. num 2. & 4. in vol. 6. p. 1 tract. 8. Bald. Nouel. de Dote par. 2. priuil. 1. num 4. vol. 9. tract. 192. Franc. Fara de eſſent. infant. cap. 1. num. 26. in v. 8. p. 2. tract. 3 9 vide hic ſupra num. 9.
31 SOLEMNI STIPVLATIONE, &c. Vide hic ſupra numero 9.
32 CONVENERVNT, &c. Vide hic ſupra num. 9.
33 INVICEM ET VICISSIM, &c. Hæc clauſula importat reciprocam promiſſionem vel diſpoſitionem prout probatur & facit l. ſi tibi in fine vbi gloſ. in ver. in vicem ff. de vſuf. et r. quæ vſu conſu. l. qui inuicem ff. de condit. indeb. l. 1 C. de ijs qui ant aper. tab. l. 1. C. vnde vir & vxor. l. 1. C de lib. præter. Paul. Leon. de ſubſtitut. in cap. capiendo num. 153. in vol. 8. p. 1. tract. 288.
De verbo viciſſim, Vide in cap. 1. ex: de mutuis petit. l. 1. in fine

C. ſi

Digitized by Google

C. ſi qua pred. poteſta.

De verbo verſa vice vide l. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff. de verb. oblig.

34 PERPETVO FIRMA, &c. De hoc vide ſupra in cap. 60. numero 44.

35 ATTENDERE ET OBSERVARE, &c. De hac clauſula vide Celſ. Vgon. de clauſul. num. 310 in fine Pariſ. in conſ. 12. num. 92. v. 2. & in conſ. 75. num. 32. v. 3. Et quod non tollat remedium leſionis vide Pariſ. in conſ. 20. num. 102. 103. cum ſeq. vol. 1. vide ſupra in cap. 58. num. 11.

An tollat preſcriptionem vide Riminal. in conſ. 88. num. 11. v. 1. & intelligatur dicta clauſula rebus ſic ſtantibus Riminal. in cōſ. 102. num. 61. 62. v. 1.

Obſeruare quotupliciter intelligatur vide Iaſ. in l. quidam cum filium in princ. num. 2. ff. de ver. oblig. vide infra in cap. 88. num. 17. Io: de Graſſ. de ſubſt procur. in §. perpetuo habere & in §. vel venire in vol. 3. p. 1. tract. 374. col. 1. num. 1. vide ſupra in cap. 60. num. 44.

An hæc clauſula reſtringatur a cauſa per quam fit talis promiſſio vide Pariſ. in conſ. 88. num. 48. vol. p.

36 ET IN NVLLO CONTRAFACERE, &c. Vide ſupra in cap. 58. num. 11. & hic in præced. numero. 35. & in cap. 140. num. 75.

PER SE VEL ALIVM, &c. Vide infra in cap. 63. num. 195.

37 SVB ALIQVO QVESITO COLORE, &c. Hæc ſonat in malam partem c. cupientes § cæterum vbi gloſ. in ver. alio colore de elect. in 6. Archid. in c. auaritiæ eod. facit l. ſed Iulianus in principio ff. ad Maced. arg. l. ſi mulier ex pecunia & l. ſi mulier dolo ff. de donat. inter vir. et ux. faciunt quæ dicit Dec. in conſ. 495. num. 18. ver. Item illud.

Quia non color verborum ſed veritas debet attendi Specul. de Aduocato §. 6. verſ. Aduocatus num. 25.

De machinatione autem vide in l. fin. in princ. C. mand.

Quid autem dicatur color queſitus vide Socc. in conſ. 83. numero 1. vol. 3.

38 DIRECTE VEL INDIRECTE, &c. Quod directe non conceditur nec indirecte debet concedi Medic. de compenſat. q. 3. num. 3. in vol. 6. p. 2. tract. 268. Lancellot. Gallia. de ſtatut. q. 7. num. 51. in vol. 2. tract. 318. And. ab exea de pact. par. 2. num. 58. poſt med. in vol. 6. p. 2. tract. 33.

Aliquando tamen permittitur fieri indirecte Medic. de compenſat. q. 31. num. 45. eod. vol. 6. p. 2. tract. 273.

Iniuria quando dicatur fieri indirecte vide in cap. 151. num. 53.

39 DE IVRE VEL DE FACTO, &c. Quæ ſit controuerſia Iuris vel facti Caſtr. in conſ. 2. in dicto preſenti num. 1. vol. 2.

vide

vide Cag. in l. quatenus num. 11. ff. de reg. Iur. Reliqua vide infra in cap. 63. nu. 126. & in cap. 140. num. 13. vide eundem Caſtr. in conſ. 109. viſa petitione prædicta num. 2. & 3. vol. 2.
40 SVB PÆNA,&c. De hac pæna & cui ſit ſoluenda vide in ca. 60. num. 47. per totum.
SOLEMNI STIPVLATIONE,&c. Vide hic ſupra nu. 9.
IN SINGVLIS,&c. Vide in capit. 63. num. 167. & hic ſupra numero 29.
41 QVÆ PÆNA,&c. Vide ſupra in cap. 60. num. 48.
42 QVA PÆNA COMMISSA,&c. Vide ſupra in cap. 60. numero 49.
OMNIA ET SINGVLA,&c. Vide in cap. 63. num. 167. & hic ſupra num. 29.
PERPETVO,&c. Vide in cap. 60 num. 44.
FIRMA REMANEANT,&c. In cap. 60. num. 50.
43 PRO QVIBVS OMNIBVS ET SINGVLIS,&c. Vide hic ſupra num. 29. & infra in cap. 63. num. 167.
44 ET PRO DICTA PÆNA,&c. Hoc dicitur quia alias obligatio & hypoteca non daretur pro pæna niſi eſſet dictum Negus. de pignor. par. 5. memb. 1. num. 41. 225. in vol. 6. p. 1. tract. Bald. in l. pignoribus C. de vſuris vide in cap. 60. num. 47 & cap. 63 num. 156.
45 OBLIGAVERVNT,&c. Per hanc clauſulam competit hypoteca etiam contra terzios poſſeſſores Io. de Graſſ. de ſubſt. procur. in §. & hoc ſub oblig. in vol. 3. p. 1. tract. 374. col. 1. cum ſeq. & operatur vt creditor poſſit ſibi facere adiudicare rem debitoris facta extimatione Celſ. vgo. de clauſul. num. 276. in vol. 18. tract. 505. ſed vide Bart. in l. 3. num. 13. 14. verſ iuxta prædicta C. de pignor. & de tali conuentionali hypoteca vide l. vectigali fundo ff. de pignor. Balduin. de Pignoribus cap. 3. 4 vol. 6. p. 1 tract. 269. Neguſan. de pign. par. 1. in princ. num. 2. & par. 2. membr. p. & 2. num. 2. 195. in vol. 6. par. p. tract. Ripa in Rubr. ff. de pignor. num. 4. 5. vide quæ dicit & refert Bertaz. de clauſul. clauſ. 12. gloſ. 2. vbi late & clauſ. 39. gloſ. 5. vide in cap. 88. num. 58. 59. 61. & Anto. Maſſa in forma Camer. oblig. par. 2. in qq. ad prim. par. q. 3. in vol. 6. p. 2. tract. 352. col. 4.
INVICEM ET VICISSIM,&c. Vide hic ſupra num. 33.
46 BONA OMNIA,&c. } PRÆSENTIA ET FVTVRA,&c. } Quæ dicantur bona vide late Bertaz. de clauſulis clauſula 12. gloſ. 2.
Item ſub obligatione generali an venirent etiam Futura ſine dicta clauſula vide l. fin. vbi Bart. ad fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ. idem Bart. in l. 1. in princ. ff. de pignor. Neguſant. de pignor. p. 2. memb. 2. num. 1. & per totum vol. 6. p. 1. tract. 195. col. 4.
Aſſlict.
Digitized by Google

Afflict. deciſ. 335. Pro deciſione in prin. Bertaz. de clauſul. clauſ. 12. gloſ. 2. & 3. vbi dicit aliqua Bona futura non venire Apponitur tamen dicta clauſula ex ſtilo l. fin. C. de remiſſ. pign. Io: de Graſſ. de ſubſt. proc. §. præſentiũ & futurorũ in v. 3. p. 1. tract. 374.

Quid autem comprehendatur ſub dicta clauſula Præſentia & futura, vide Socc. de oblatio. lib. 8. num. 1. 2. cum ſeq. in vol. 14. tract. 126. & quos refert Bertacc. in ſuo Repert. in clauſul. Contractuum in ver. Clauſula Obligans bona.

47 RENVNCIANTES, &c. De generali renunciatione quid operetur vide quæ dicit Alex. in l. ſed et ſi quis §. queſitum num. 10. ff. ſi quis caut. Io: de Graſſ. de ſubſtant. procur. §. renunciatio in vol. 3. p. 1. tract. 374. col. 3. & quibus Iuribus poſſit renunciari pulchre & late Camban. de clauſul. in tit. quib. Iur. poſſ. re: in vol. 18. tract. 431. col. 1. cum ſeq.

48 EXCEPTIONI NON SIC FACTI, &c. REI NON SIC GESTÆ, &c. } De hac clauſula vide Cepoll. de ſimulat. contract. præſumpt. 26. num. 179. in vol. 17. tract. 10.

Item de ſimulatione actus vide Camban. de clauſul. in tit. de ſimulat. num. 5. cum ſeq. & per totum in vol. 18. tract. 418. col. 3.

Rei non ſic geſtæ, ad verbum Rei quid comprehendat vel ſignicet, vide Roland. de confect. Inuent. verſ. ſimiliter num. 2. in vol. 8. p. 2. tract. 177. col. 3. facit l. rei appellatione vbi DD. ff. de ver. ſign. Redoan. de reb. eccl. non alien. rubr. 3. num. 12. in vol. 15. p. 2. tract. 407. Angel. de inuentar. num. 20. in vol. 8. p. 2. tract. 156.

49 DOLI MALI, &c. Ad hanc clauſulam vide l. doli clauſula quæ eſt l. 119. ff. de verb. oblig. vide Celſ. vgo: de clauſ. nu. 15. in vol. 18. tract. 492. & quod parum operetur vide Pariſ. in conſ. 12. num. 71. cum ſeq. & num 80. cum ſeq. v. 1. & conſ. 54. nu. 17. 35. 40. v. 1. & conſ. 75. num. 10. v. 3. Riminal. in conſ. 140. num. 29. v. 1. Alba. conſ. 81. nu. 53. vide tamen adducta ſupra in cap. 1. num. 18.

Ad materiam exceptionis de Dolo vide Bart. in l. ſi vnus § pactus nu. 18. & ibi gloſ. ff. de pact. Camba. de clauſ. in tracta. de metu. cap. fin. n. 3. in vol. 18. tract. 430. col. 3. & in tract. de fraud. per totum in d. vol. 18. tract. 420. & hic infra num. 52.

50 VIS, &c. Ad hanc clauſulam vide quæ adducta ſunt ſupra in cap. 1. num. 17.

51 MÆTVS, &c. Vide ſupra in cap. 1. num. 19.

52 FRAVDIS, &c. Differentiam Fraudis a Dolo vide Bald. in l. quæ fortuitis num. 8 C. de pignor. act. vbi late de Fraude dolo & culpa gloſ. & Bart. in l. Iuriſgentium §. ſed ſi fraudandi num. 1. vbi Alex nu. 1. 2. ff. de pact. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem num. 20. Inſt. de action.

Ad

Ad materiam huius clauſulæ vide late Camb. de clauſ. in cap. de fraude per totum in vol. 18. tract. 420. facit c. quanto in fin. vbi gloſ. in ver. in fraudem de priuilegijs. Bart. in l. contra in princ. ff. de legib. vbi ponit, quotuplex ſit, vel comittatur fraus de quo etiam vide Dyn. in c. fin. de reg. Iur. in 6. & Iul. Ferrett. de Gabellis nu. 109. in vol. 2. tract. 82. Cætera vide hic ſupra nu. 49.

53 IN FACTVM ACTIONI, &c. Quia loco cuius libet interdicti eſt prodita vtilis actio in factum vt per. Io: Chriſpum in tract. de actio. num. 40. cum ſeq. qui ponit quot & quæ ſint prædicte actiones in factum & ad hanc clauſulam vide. Alex. in conſ. 42. num. 13. v. 1. Pariſ. in conſ. 54. nu. 17. v. 1. Hipolit. de Marſil. in ſingul. 18. quotidie fiunt, quem refert Menoch. de recuper. poſſeſ. remed. p. nu. 293. vide in clauſula præced. & in ſeq. vide quæ dicit gloſ. in ver. hoc Iudicium in l. 1. in fin. ff. ſi quis Ius dic. non obtem.

An per d. clauſulam tollatur conditio indebiti vide Bart. in l. fin. §. idem queſiuit ff. de condit. indeb.

54 CONDICTIONI INDEBITI, &c. Ad hoc vide Bart. in l. fin. §. idem quæſiuit num. 2. ff. de condict. indeb. vbi tractat. An per d. clauſulam tollatur conditio indebiti Hypoll. de Marſil. ſingul. 18. Quotidie fiunt Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 293. Pariſ. in conſ. 54. num. 17. vol. 1. Alex. in conſ. 42. num. 13. v. 1.

Ad materiam condictionis indebiti vide ff. & C. de cond. indeb.

55 SINE CAVSA, &c. An dicta clauſula tollat condictionem indebiti vide Bart. in d. l. fin. §. idem quæſiuit nu. 2. ff. de condit. indebiti Marſil. in d. ſingul. 18. & 219. 249. & 492. vbi tractat. de hac clauſula.

Item quod obligatio ſine cauſa non valeat vide l. cum de indebito §. ſed hoc vbi Bart. ff. de probat. vide c. ſi cautio vbi Felyn. de fid. Inſtr. Alex. in conſ. 4. circa p. num. 2. 6. 7. v. 1. & conſ. 3. in cauſa & lite num. 2. v. 2. & conſ. 13. ex his num. 2. v. 1. & conſ. 180. nu. 7. v. 7. Limitatur tamen d. regula vt per Iaſ. in l. a titio num. 5 ff. de verb. obl ig. ideo eſt neceſſaria dicta clauſula.

Item ad materiam obligationis ſine cauſa vide late in addit. ad Bart. in d. l. cum de indebito §. ſed hoc vide etiam aliquid per Alex. in conſ. 18. v 4.

56 ET EX INIVSTA CAVSA, &c. Hæc ponitur quia que libet promiſſio de non contraueniendo intelligitur niſi ſubſit iuſta cauſa contraueniendi vt per Socc. in conſ. 214. viſa præd. num. 7. verſ. confirmatur & ſecundo vol. 2. vide quę dicit Bart. in l. amplius num. 3. ff. rem ratam hab. ſed melius vide Bertaz. in repet. l. ſi quis maior q. 33. num. 438. C. de tranſactio. Bart. in l. 132. quidam cum filium nu. 4. cum ſeq. de ver. ſoblig. vide dicta infra in cap. 151. num. 51.

57 OM-

Digitized by Google

57 OMNIQ; ALII IVRIS ET LEGVM AVXILIO,&c. Quid operetur hec clauſula vide Guid. Pap. q. 227. per totum late Bertaz. de clauſul. clauſ. 40. gloſ. 6. num. 1. 2. cum ſeq. Roland. in conſ. 13. num. 6. & 37. v. 1. & conſ. 17. num. 10. cum ſeq. v. 4 & conſ. 99. num. 45. v. 4. Afflict. deciſ. 182. quia regia num. 11. 13. Capic. deciſ. 87. num. 10. & deciſ. 88. num. 1. & Brun. quod ſtant. maſc. artic. 5. nu. 64. 67. Aret. in §. idem Iuris num. 58. Inſt. de except. Phanucc. de Inuentario p. 7. num. 191. cum ſeq. vol. 8. p. 2. tract. 317. Dec. in conſ. 452. num. 18. 19. & conſ. 99. num. 3 Riminal. in conſ. 759. nu. 9. v. 4. Io: Guttier. de contract. Iur. cap. 16. num. 63. & cap. 23. nu. 25. & cap. 24. num. 12. in vol. 6. p. 2. tract. 63. 71. 73. Celſ. vgo. de clauſul. num. 310. poſt princ. in vol. 18. tract. 504. col. 2. Borgn. deciſ. 2. num. 12. Pariſ. in conſ. 20. nu. 39 v. 1. Socc. in conſ. 200. nu. 3. v. 2. & in qq. Bart. de arbitris nu. 45. in vol. 3. p. 1. tract. 296.

De renunciatione auxilio ſtatutorum vide quæ dicunt Carp in præ lud. ad ſtat. mediol. num. 171. cum plur. ſeq. & num. 186. cum ſeq. vide Marſil. in ſingul. 18. Quotidie fiunt,

An dicta clauſula tollat Beneficium Reſcindendæ vid, Gabr. in ſuis comm. concluſ. in tit. de empt. & vend, concl. 1. num. 39. vide infra in cap. 65. num. 51.

Sed Specul. paruipendit hanc clauſulam vt per eum de renunc. & concluſ. num. 25. in fine.

58 ET LEGI DICENTI GENERALEM, &c. De hoc tractant DD. in l. ſed & ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis caut. vbi Bart. & Alex. Specul. de renunciat. & concl. §. 1. per totum vide adducta in præced. num. 57.

59 QVIBVS. F. & B. PRÆSENTIBVS, &c. Hic etiam congruunt adducta ſupra in cap. 1. num. 12. & cap. 61. num. 8. Quia præceptum Guarantigiæ debet innoteſcere & audiri Guid. de ſuz. de Inſtrum. Guarant. in princ. numero. 1. & per Bened. de Barz. de Guarantigijs par. 1. q. 1. & q. 3. v. 6. p. 2. tract. 338. & 340.

PRÆD. OMNIA ET SINGVLA, &c. Vide hic ſupra nu. 29. & in cap. 63. num. 167.

60 EGO. L. IVDEX, &c. ET NOTARIVS, &c. Hoc dicitur Quia tali ſ facultas ei datur faciendi præceptum Guarantigiæ ex forma Statutorum Florentinorum vt in ſtat de præcept. guar. Rubrica 42. vol. 2. De quo Statuto Florentino ſuper guarantigia facit mentionem Mandoſ. de Inhibition q. 72. num. 6. in vol. 5. tract 101.

Sed non vt ſoli notario ſed vt Iudici ordinario facit l. 1. cum gloſ. in ver. pro tribunali ff. de Iudicijs ita dicit (quem vide) Bened. de Barz. de Guarantigijs par. 1. queſ. 1. in vol. 6. p. 2. tract.

 340.

Digitized by Google

340 col. 3.
Notarius enim non habet Iuriſdictionem præceptandi niſi quatenus a ſtatutis vel conſuetudine ſibi tribuitur Bart. in l. fin. C. vbi & apud quem vide Bald. in l. adoptio num. 1. C. de adoptio.
61 PRÆCEPI PER GVARANTIGIAM, &c. Quid ſit guarantigia & quid ſignificet vide Bened. de Barz. de Guarantigijs par. 1. q. 1. cum ſeq. & per totum Guid. de Suzar. de Inſtr. Guar. per totum vbi per eos ad ſatietatem in vol. 6. par. 2. tract. 338. 340. Dec. in l. bone fidei num. 8. C. de pact. Et ad hanc materiam guarantigie vide in add. p. ad q. 117. Guid. papæ.
EX FORMA STATVTORVM, &c. dictum fuit hic ſupra n. 60.
An debitor poſſit cogi ad faciendum inſtrumentum guarantigiatum de debito vide Alex. in l. ſi finita §. eleganter num. 30. 32. ff. de damn. inſec.
An alique poſſint opponi exceptiones Maſſa in for. Cam. oblig. par. 2. in qq. ad 4. par. q. 1. in vol. 6. p. 2. tract. 354. col. 4.
62 OMNIA ET SINGVLA, &c. Vide hic ſupra nu. 29. & in cap. 63. num 167.
63 ATTENDENT ET OBSERVABVNT, &c. Vide hic ſupra num 35.
64 IN OMNIBVS ET PER OMNIA, &c. Hac clauſula ſepe utuntur notarij vt dicit Iaſ. in l. 1. num. 18. ff. de legat. p. & Quid operetur dicta clauſula vide Bald. in l. 2. ff. de Iur. codicill. Roland. a Valle de confect. Inuent. verſ. queritur num. 17. col. 2. in fin. in vol. 8. p. 2. tract. 186. Pinus in conſ. 57. num. 4. Mandoſ. de priuileg. ad inſtar q. 4. nu. 8. in vol. 18. tract. 126. Alex. in l. ſi Ruffinus num. 5. in fine C. de teſtam. milit. & de ea fit mentio in l. 2. §. furioſus ff. de Iure codicill. & in l. Ius Ciuile ff. de Iuſt. & Iur. vide Corſett. de verb. gemin. nu. 30. in vol. 18. tract. 269. Bertaz. de clauſul. clauſula 21. gloſ. 22. Riminal. in conſ. 607. num. 4. v. 4. Dec. conſ. 324. num. 1. vide in cap. 91. num. 12. Garzon. de lau. mer. iur. par. 3. q. 2. num. 7.
65 SICVT SVPRA, &c. Hæc repetit omnia præcedentia & ad ea facit relationem l. 1. §. deinde & in §. ex hoc edicto vbi Bart. num. 2. ff. de poſtul Dec. in conſ. 226. nu. 3. Pariſ. in conſ. 48. num. 14. & conſ. 19. num. 68. & conſ. 41. num. 65. & conſ. 66. num 6. & conſ. 75. num. 11. in vol. 2. & in conſ. 18. num. 8. & conſ. 71. num. 7. in vol. 3. Crauet. in conſ. 88. num. 3. vide infra in cap. 63. num. 44.
66 ROGANTES, &c. Vide ſupra in cap. 58. num. 20.
67 De ſubſcriptione & ſigno notarij dicetur in fine huius operis (Deodante, &c.) in cap. 172.

VEN-

VENDITIO PLENISSIMA. CAPIT. LXIII.

FOrmulam huius Inſtrumenti, ponit Specul. de empt. & vend. §.R ſciendum num. 18. vbi ad literam & ſubceſſiue etiam declarat & ipſe etiam ponit eam poſt inſtrumentum Arrarū vt hic.

SVbſtantialia huius Inſtrumenti, ſunt Conſenſus Res et Precium Fabia. de Monte de empt. & vend. par. 1. num. 4. in vol. 6. p. 1. tract. 39. col. 2. & vide hic infra num. 168. & quid ſit venditio vide hic infra num. 9. & Gulielm. de Bened. in q. de venditione quam ponit poſt cap. raynutius de teſtam.

1 IN DEI NOMINE, &c. Vide ſupra in capit. 1. numero 1.

2 AMEN, &c. Vid. eod. cap. 1. num. 1. in fine.

3 ANTONIVS BARTHOLOMEI, &c. Vide In dicto cap. 1. num. 11. & cap. 2. num. 12.

An quis in dubio nomine proprio vel alieno cenſeatur vendere rem alienam vide Fabia. de Mont. de empt. & vend. q. 3. princ. numero 29. in med. in vol. 6. p. 1. tract. 42. Bald. de ſtatut. verſ. contrahere num. 10. 11. in vol. 2. tract. 104. vide ſupra in cap. 59. num. 1.

4 SPONTE, &c. Vide in cap. 1. num. 20.

5 EX EIVS CERTA SCIENTIA, &c. Vide in capit. 1. numero 27.

6 ET OMNI MELIORI MODO, &c. Vide in capit. 1. numero 28.

7 PERSE ET SVOS HEREDES, &c. In cap. 62. num. 4.

8 IVRE PROPRIO ET IN PERPETVVM, &c. Hæc clauſula Primo ponitur quia emptor debet habere rem emptam perpetuo niſi aliter ſit conuentum l. ſi quos; ibi perpetuo C. de reſcind. vend.

Secundo dicta clauſula importat plenam dominij translationem & Dominum vendere rem vt liberam non autem Ius tantum quod habet vide Fab. de Mont. de empt. & vend. q. 6. memb 2. num. 6. 7. & 8. in vol. 6. tract. p. 1. 59. Specul. de empt. & vend. §. 1. Sciendum. num. 26.

Quod res debeat dari libera vide gloſ. & Bald. in l. ex his prædijs C. de euict. Dec. in conſ. 483. num. 14. Alciat. in l. ſi cum fundum in princ. num. 1. ff. de ver. ſign.

Item ad hanc clauſulam vide Pariſ. in conſ. 33. num. 19. v. 3.

Tertio dicitur In perpetuum Quia venditio fit & ad tempus & in perpetuum l. neceſſario ff. de peric. & comm. rei vend. l. fin. C. de pact. inter empt. & vend. Fabia de Mont. de empt. & vendit.

Digitized by Google

par. 6. memb. 2. num. 8. in med. Bertaz. de clauſul. clauſula 13. gloſ. 1. in fine.

Quarto quid ſignificet ſeu valeat verbum In perpetuum vide Rimi nal. in conſ. 389. num. 61. 62. 63. v. 2. Pinus in conſ. 29. num. 2. Socc. in conſ. 84. num. 4. 5. v. 3. Pariſ. in conſ. 20. n 13. vol. 1. & conſ. 2. num. 3. v. 1. vide ſupra in cap. 60. nu. 44. vide Bertaz. de clauſul. clauſula 13. gloſ. 1. num. 2. in fin. Pariſ. in conſ. 83. num. 22. v. 2. & conſ. 33. num. 20. v. 3. & conſ. 74. num. 85. 86. v. 3. & conſ. 90. num. 29 v. 2. Dec. in conſ. 472. nume. 22. Socc. in conſ. 278. num. 12. v. 2. Pinus in conſ. 69. num. 15. Pariſ. in conſ. 30. num. 24. vol. 2. & conſ. 53. num. 24. 33. v. 3. Cagn. in l. 2. num. 78. C. de pact. inter, empt. & vend. Tiraquel. de retractu conuent. §. 1. gloſ 2. num. 8. & gloſ. & Bart. num. 8. in p. Rubrica C. vbi DD. tangit etiam Bart. in l. prætor §. hoc interdictum ff. de oper. nou. nunc.

9 DEDIT ET VENDIDIT, &c. Quid autem ſit venditio vide Fabia. de Monte in tract. de empt. & vend. q. p. princ. nu. 1. cum ſeq. in v. 6. p. 1. tract. 39. Bertaz. de clauſul. in Rubrica num. 4. & quid veniat eius appellatione vide infra in capit. 90. numero 66.

Quid importet hæc clauſula vide Fabia. de mont. de empt. & vend. q. 5. num. 79. in d. v. 6. p. 1. tract. 56. Celſ. de clauſ. num. 265. 266. 275. Bertaz. de clauſul. clauſ. 16. gloſ. 1. 2. 3. per totũ Bart. in l. fin. num. 2. 3. ff. de cond. ob cauſ. Ripa in l. mutuum damus num. 33. ff. ſi cert. pet. Aret. in conſ. 161. num. 5. & in addit. ad Specul. in tit. de empt. & vend. §. 1. nu. 18. in littera x. vide hic infra num. 172. 174. & in cap. 64. num. 8. & in cap. 74. num. 3. vide Bart. in l. 1. ad fin. C. de rer. permut. l. predia vbi Bart. nu. 3. & alij DD. ff. de acq. poſſ. idem bart. in l. 2. num. 4. ff. eodem Bald. in Rubrica C. de contrah. empt. q 19. num. 37. Alex. in conſ. x. nu. 6. v. 4. vide Bertac. in ſuo Repert. in Clauſul. Contract. in clauſula Dedit tradidit & in clauſula Vendidit tradidit & in clauſula Tradidit & idem Bertac. in d. Repert. in ver Poſſeſſio transfer. ver. 26. Aret. in §. actionum autem num. 25. cum ſeq. Inſt. de act. vide hic nu. 172. 173. Caſtr. in conſ. 186. in cauſa que vertitur Piſis num. 3. vol. 1.

Item an dicta clauſula importet vt, emptor poſſit propria authoritate poſſeſſionem capere vide quæ adducit Bertaz. de clauſul. clauſula 16. gloſ. 3. num. 2. vide hic infra num. 47. & Crau. conſ. 245. num. 13. vol 2.

An verbum Tradidit importet veram traditionem eſſe factam nec ne vide Specul. de empt. & vend. §. 1. num. 32. Crau. conſ 245. num. 13. vol. 2.

10 DOMINICO ROGGER. &c. Nomina contrahentium

eſſe

Digitized by Google

eſſe de ſubſtantialibus vide ſupra in cap. 1. num 11: & capit. 2. numero 12.

11 PRÆSENTI,&c. Hoc dicitur vt conſtet de preſentia & conſenſu emptionem recipientis alias non valeret l. ſi ſtipuler §. fin. ff. de ver. oblig. Fabia. de Monte de empt. & vend. q 1. num. 2. 3. 4. & in q. 5. nu. 46. in med. Bertaz. de clauſul. clauſ. 17. gloſ. 3. vide dicta ſupra in cap. 1. num. 12. & in cap. 60. num. 22. & hic infra num. 15.

12 PRO SE ET SVIS HEREDIBVS, &c. Vide in cap. 62. num. 11.

13 ET SVBCESSORIBVS ET
14 QVIBVS IVRA SVA CONCESSERIT, &c. } Ne dubitetur de ſubceſſore vniuerſali vel ſingulari ideo dictum fuit vel quibus Iura ſua conceſſerit.

Subceſſores qui nam dicantur ſeu qui nam veniant vide l. quædam §. nihil ff. de edend. l. dabimuſq; §. ſi quis cum tutor vbi Rip. nu. 2. & num. 3. ff. de priuileg. cred. Felyn. in cap. quia G. nu. 5. de Iudicijs Alex. in conſ. 193. num. 1. v. 2. Dec. in conſ. 236. num. 8. Bald. in l. emptorem numero 12. C. locati Bertaz. de clauſul. clauſula 21. gloſ. 25.

Item ſi dicta clauſula non apponatur an quo ad heredes ſub intelligatur vide l. veteris C. de contrah. & commict. ſtipul. l. ſi pactum ff de probat. l. ſi neceſſarias §. de vendendo ff. de pign. actio. l. ſicut §. ante pen. ff. quib. mo. pign. vel hypot. ſol. l. tale in princ. ff. de pact. Sed vide l. a teſtatore ff. de condit. & demoſtr. & l. qui Romæ §. Augerius ff. de ver. oblig. l. ſi ego §. 1. ff. de Iur doc.

Qui veniant heredum appellatione vide in cap. 62. num. 4. Et ad prædicta vide eod. cap. 62. num. 11.

Clauſula Quibus Iura ſua conceſſerit ſi ponatur in emphiteoſi vid. Iaſ. in l. fin. num. 6. C. de Iur. emphit. vbi Alberic. & alij Socc. in conſ 3. num. 24. v. 3. Dec. in conſ. 170. num. 2. 3. Pariſ. in conſ. 71. num. 44. v. 3. & conſ. 85. nu, 14. & ſeq. v. 4. Bald. in l. liberti num. 39. C. de oper. liber.

15 EMENTI ET STIPVLANTI, &c. Quia vt dominium acquiratur debet eodem animo & conſenſu recipi quo datur vid. in cap. 60. num. 22. 41. & requiritur ementis conſenſus vt hic ſupra in princ.

Item dominium acquiritur ei cuius nomine contractus celebratur l. ſi procurator ff. de acq. rer. dom l. ſi ego ff. de neg geſt. Crau. in conſ. 165. num. 4. vide hic infra numero 17. 63. & hic ſupra numero 11.

Quid in Filio in Poteſtate acquirente vide Rom. in conſ. 469. col. 2. Socc. in conſ. 92. num. 15. v. 1. Iaſ. Dec. & alij in l. illud C.

de

Digitized by Google

de collatio. Crau. in d. conſ. 165. num. 4.
16 RECIPIENTI, &c. Vide in cap. 60. num. 22. 41. & hic in præced. num. 15. & in ſeq. num. 17.
17 VEL NOMINANDIS AB EO, &c. Hoc de Iure valet ſi ſequatur nominatio & nominati acceptatio Fab. de Mont. de emp. & vend. p. 3. q. 12. num, 19. in v. 6. p. 1. tract. 42. Alex. in conſ. 232. nu. 3. vol. 6. Dec. in conſ. 543. nu. 4. Socc. in conſ. 228. num. 4 cum ſeq. vol. 2. Anchar. in conſ. 127. ad dubia nu. 1. & per totum Socc. in conſ. 61. num. 11. in fin. vol. 4. vide dicta Caſtr. in l. 69. Vnum ex familia §. ſi de falcidia num. 2. ff. de legat. 2.
Et ad hanc materiam vide Carp. ad ſtat. medio. cap. 69. numero 1. cum ſeq. vol. 1.
Et nominatio debet eſſe abſq; vlla conditione Dec. in d. conſ. 543. numero 4.
Si nominatio non fiat remanet ipſi, acceptanti & eius heredib. Bald. in l. 1. in fin. princ. ff. de pact. Dec. in l. fin. §. fin. num. 13. ff. ſi cert. pet. vide Gabriel. in comm. concl. in tit. de verb. oblig. concl. 2. num. 1. cum ſeq.
An poſſit præcij delaratio remicti in Tertium vide § præcium Inſt. de empt. & vend. l. fin. C. de contrah. empt. Fab. de Mont. eod. q. 5. num. 27. cum ſeq. Ad materiam Præcij vide Bertaz. in d. clauſula 30. gloſ. 1. & gloſ. 2. num. 10. 11. & gloſ. 3. 4. Miſſing. in §. præcium num. 10. Inſt. de empt. & vend.

Quas circumſtantias habere debeat verum præcium Bertaz. eod. Fab. de Mont. de empt. & vend. q. 5. num. 2. in v. 6. p. 1. tract. 52. vide etiam in cap. 68. num. 5. in fine facit §. item præcium Inſt. de empt. & vend.

Præcium Iuſtū quale dicatur & multa pulchra de Menſuratione & valore vide Petr. Foller. de contract. cenſu. capit. 8. Vidiſtis per totum in v. 6. p. 2. tract. 153.

Quod præcium demoſtrétan ſit Contractus Venditionis nec,ne Tiraq. de retract. lign. §. 3. gloſ. 1. num. 7. 9.

169 MONETÆ FLORENTINE, &c. Intellige ſemper de Moneta Expendibili in loco contractus Bart. nu. 2. gloſ. & DD. in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. Iur. arg. l. Imperatoris ff. de contrah. emp. Fab. de Mont. de emptio. & vendit. q. 5. nu. 14. Alex. in conſ. 21. viſis his num. 3. verſ. aut nos dicim. v. 2. Socc. in conſ. 247. numero 5. verſ. Non obſtat quod tertio v. 2. vide Hipol. Bonacoſ. de equo ſiue Caball. q. 237. in v. 6. par. 1. tract. 115.

Ad materiam Monetarum, vide Bertaz. de clauſ. clauſula 30. gloſ. 5. 6. 7. 8. 9. Brun. in tract. de Augu. mon. per totum & in conſilio Collegij Papie quod ponit ibi in v. 12. tract. 218. Couaruu. eod. v. 12. tract. 220. Curt. ſen. eod. v. 12. 205. Io: Regnau. eod. 206. Mart. Garat. eod. v. 12. 203. Gabriel. in comm. concluſ. in tit. de Solution. Concl. 1. 2. 3. cum ſeq. vide aliqua in cap 88 num. 12. in cap. 89. num. 35. in cap. 90. num. 46. & ca. 92. num 39.

170 AD GABELLAM, &c. Quid ſit Gabella Bertac. in tract. de gab. in prælud. nu. 3. in v. 12. tract. 52 & quod dicatur onus ſequtiuum contractus vide Bald. in l. 1. q. 4. & q. 5. C. de contrah. empt. & in l. magis puto §. illud num. 1. in fine ff. de reb. eorum Alex. in conſ. 51. num. 1. v. 3. & conſ. 143. nu. 5. & 6. v. 6.

An ſit ſoluenda in loco Contractus Socc. in conſ. 302. num. 2. v. 2. Ad omnia prædicta vide Dec. in conſ. 457. per totum vbi late; Bertac. eod. p. 6. q. 3. num. 7. in d. vol. 12. tract. 63. Roman. in ſingul. 478. Per Italiam.

Exactores autem gabellæ dicuntur Publicani & quare Publicani dicantur vide l. quantæ, audaciæ in princ. ff. de Publicani. Bertaz. de clauſ. clauſula 30. gloſ. XI. num. 6.

Si non ſit dictum per quem ſit gabella ſoluenda Dic pro medietate

ab

ab vtraq; parte Abb. in c. quoniam frequenter in princ. nu. 12. Vt lit. non conteſt. l. cui fundũ ff. de condit. & demonſtr. quod tamen ſolui debeat per emptorem vide Rom. in ſingul. 588. Per Italiam cum ibi add. vbi teſtatur de comunui Alex. in conſ. 51. col. fin. v. 3. Bertac. de Gabell. p. 7. q. 1. num. 1. Socc. in conſ. 247. num. 1. & 2. vbi loquitur quid in Contractu Mutui Capell. Tholoſ. deciſ. 451. Cagn. in l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. num. 236. q. 82. Ferrect. de gabell. num. 372. 376.

Conſidera tamen quæ dicit Io: de Amic. in conſ. 151. per totũm Bertaz. de clauſul. clauſula 30. gloſ. x. num. 4. & Dec. in cap. dilecti num. 8. de exceptio.

171 QVOD QVIDEM PRECIVM, &c. Ad hoc vide in cap. 70. num. 2. & hic ſupra num. 168.

CORAM ME &c. ET TESTIBVS, &c. Vide in cap. 1. nu. 12.

172 DEDIT, &c. Hoc eſt accipientis face e §. ſic itaq; Inſt. de actio. l. non videtur data ff. de reg. Iur. vbi Dec. & Cagn. Iaſ. in l. cum filio fam. num. 7. 8. ff. de leg. p. Io: Fran. Faræ de eſſent. infan. cap. 3. num. 28. v. 8. p. 2. tract. 390. vide hic num. 9. & infra in capit. 64. num. 8. & cap. 92. num. 4 vide Caſtr. in conſ. 186. in cauſa que num. 3. v. 1.

173 SOLVIT, &c. Intelligitur de vera ſolutione l. ſolutam in princ. ff. de ſolutio. & ſignificat totalem liberationem l. ſolutionis verbum ff. eod. l. ſolutionis & l. liberationis ff. de ver. ſign. vide tamen quæ dicunt ibi DD. & Socc. in conſ. 65. num. 3. v. 4. facit l. 4. §. ſoluiſſe & §. ait prætor ff. de re. Iudic. vbi DD. Cagn. in l. nemo dubitat num. 1. & 2. ff. de reg. Iur. Pariſ. in conſ. 107. num. 132. v. 3. vide in ſeq. num. 174. & in cap. 89. num. 35. & in cap. 88. num. 12. in fin. Garzon. de laud. mer. iur. par. 2. §. 4. gloſ. 2. num. 3.

Quod requiratur actualis ſolutio adhoc vt rei dominium in emptorem ſit translatum Fab. de Mont. de empt. & vend. p. 5. num. 33. in v. 6. p. 1. tract. 53. Bald. in l. 1. num. 30. C. com. deleg. vide in cap. 90. num. 46. vide in cap. 72. num 13.

174 TRADIDIT, &c. [Ideſt dominum tranſtulit Pariſ. in conſ. 33. num. 24. 25. v. 3. Petr. And. Camb. de permu. Benef. num. 26. in v. 15. p. 1. tract. 209. Pariſ. in conſ. 33. num. 7. v. 3. Zaſius de Feud. p. x. num. 8. v. 10. p. 1. tract. 317. facit l. ex empto in fine vbi gloſ. & DD. ff. de actio empt. Aret. in §. actionum. num. 25. Inſt. de actio. Fabia de Mont. de empt. & vend. q. 5. princ. num. 33. 34. & num. 79. Caſtr. in conſ. 186. in cauſa num. 3. v. 1.

Quotupliciter TRADERE accipiatur vide Specul. de emp. & vendi §. 1. num. 6. ſed in ſeruitutibus non ſtat proprie vide in cap. 74. num. 3. & in cap. 88. num. 30. & in cap. 64. num. 8.

& hic

Digitized by Google

& hic ſupra num. 9. & in capit 64. num. 8.

An talia verba probent Veram Traditionem vide Bald. in §. traditionem Inſt. de rer. diuiſ. vide hic infra num. 179.

Traditum non dicitur quando Traditio non durat Specul. de emphiteoſi in prīnc. num. 156.

175 ET REALITER,&c. Demonſtrat veram & effectualem numerationem Socc. in conſ. 143. num. 1. v. p. vide Caſtr. in l. ſingularia num. 9. in fin. ff. ſi cert. pet. vide in ſeq. nu. 176.

176 NVMERAVIT,&c. Quia verbum Dedit non probat numerationem Bart. in l. ſingularia num. 22. 23. ff. ſi cert. pet. vbi Caſtr. num. 9. in fine Bald. in Rubr. C. de fid. inſtr. num. 25. 26. Vnde Numeratio Intelligitur de ipſo naturali actu Bald. in d. num. 26. Alex. in conſ. 179. viſa ſcriptur. num. 6. v. 2. Dec. in d. l. ſingularia num. 33. vbi Iaſ. num. 48. Felyn. in cap. ſi cautio num. 53. de fid. Inſtr. Bald. in l. ſi ex cautione num. 14. cum ſeq. C. de non num. pec. vide in præced. num. 175.

Præcium autem quod debeat eſſe in Pecunia Numerata vide in §. Item præcium Inſt. de empt. & vend. & hic ſupra num. 168. Numeratio enim eſt quæ liberat Rimin. in conſ. 449. nu 6. v. 3.

Pecunia autem quid ſit vide in cap 93. num. 28. & quid Pecunia Numerata eod. De Spe Futuræ Numerationis vide in capit. 94. numero 7.

177 VENDITORI PRÆD. PRÆSENTI ET AD SE TRAHENTI, &c. Ideſt Recipienti ſupra in cap. 60. nu. 22 in med. vide adducta hic ſupra num. 173. 174.

178 IN PECVNIA NVMERATA, &c. Dictum fuit hic numero 176.

179 IN PRÆSENTIA MEI,&c. ET TESTIVM,&c. Vltra prædicta hęc ponuntur ad probandam actualem numerationem factam fuiſſe Salyc. in l. ſi ex cautione in nona oppoſ. C. de non numer. pecun. vbi etiam Bart. num. 1. Aret. in §. actionum nu. 25. Inſt. de actio. Alex. in l. prædia ff. de acq. poſſ. Felyn. in c. ſi cautio num. 52. 53. Socc. in conſ. 143. num. 1. v. 1. Cag in l. ſi librarius num. 78. ff de reg. Iur. Bart. in l. 1. num. 1. C. de dot. ca. non nu. vid. hic nu. 174. prope finem & nu. 181. poſt. med. Aret. in §. actionum num. 26. Inſtit. de actio.

180 ET DE QVA QVANTITATE, &c. Vocauit ſe bene ſolutum, &c. Vide adducta in cap. 62. num. 28. & in capit. 60. num. 29.

Si Præcium non numeratur & ſit dictum vt in Formulario videlicet.

QVOD PRÆCIVM DICTVS VENDITOR,&c. Vide in cap. 71. num. 2. & hic num. 168.

181 CONFESSVS FVIT HABVISSE ET RECEPISSE, &c.

Digitized by Google

S E, &c. An dicta clauſula probet Traditionem & an tunc temporis vel antea ex interuallo præſumatur facta Traditio vel ſolutio Bart. in l, prædia num. 2. ff. de acq. poſſ. & in l. certi conditio §. ſi nummos num. 8. ver. hic moueo ff. ſi cert. pet. & in l. 126. ſi ita ſtipulatus §. chriſogonus num. 3. verſ. Item aduerte ff. de verb. oblig. & in l. poſt dotem q. 1. num. 20. vbi etiam Bald. nu. 9. verſ. quero vir fuit ff. ſolut. matr. vide Celſ. Vgo. de clauſul. num. 293.

Quæ ſit virtus huius clauſulæ eod. num. 394. in v. 18. tract. 503. & de ea vide etiam ſupra in cap. 62. num. 28.

Ad hanc Confeſſionem de Recepto poteſt opponi Exceptio non numeratæ pecuniæ Bart. in l. 1. num. 1. C. de dot. ca. non num. Bald. in l. 1. num. 2. C. de ſolut. & ideo dicit ibi Bald. quod debet poni infraſcritta clauſula Renunt. exc. non num pec. Item.

QVOD DICTA CLAVSVLA CONFESSVS HABVISSE, &c. Non probet numerationem dicit etiam Bart. in l. 1. num. 1. C. quæ in frau. cred. vide hic num. 176. 179.

Dubito quod dicta clauſula in meo codice ſit defectiua cum non dicat emptore præſente & acceptante nec me notario, &c. Quia confeſſio parte abſente vel aliquo pro ea nō acceptante nō valet.

Et quod requiratur præſentia vide Bart. in l. certum §. ſi quis abſente num. 1. ff. de confeſſ. gloſ. in cap. fin. ex. de confeſſ. Alex. in conſ. 131. in cauſa inter num. 8. v. 4 & conſ. 174. num. 2. v. 6. Socc. in reg 63. confeſſio in ſp. ampliat. Felyn. in cap. ſi cautio num. 22. de fid. Inſtr. Marant. in prax. Iudic. par. 6. princ. art. 5. num. 12. & num. 18.

Similiter quod requiratur acceptatio vide Cyn. q. 2. Salyc. num. 15. in l. 1. C. de confeſſ. idem Salyc. in l. Iubemus C. de liber. cauſ. Bald. in l. 3. num. 2. C. de repudian. hered. Alex. in conſ. 111. viſo ſuperiore num. 7. v. 3. & conſ. 82. in cauſa & lite num. 3. v. 4. & conſ. 20. in cauſ. app. num. 1. v. 4. Felyn. in d. c. ſi cautio nu. 22 23. de fid. Inſtr. Iaſ. in l. poſt quam liti nu. 2. C. de pact. & in l. error num. 3. C. de Iur. & fact. ignor.

Si dicta confeſſio eſſet in publico Inſtrumento vt hic vide Caſtr. in conſ. 2. quod prædicta ſententia v. 2. Ripa in l. admonendi num. 55. vbi Iaſ. ff. de Iur. Iur.

Talis tamen Defectus ſi in meo Codicis Formularij adeſſet purgatur per clauſulam Quæ omnia, &c. cum ſeq. de qua & quibus hic infra remiſſiue num. 186. 188. 190.

Item aduertat Notarius & caueat vt ab igne quod ſi non adeſt numeratio non roget niſi de confeſſione Cagn. in l. ſi librarius nu. 78. ff. de reg. Iur. Innoc. & alij in c. quoniam contra de probat. DD. in auth. ſi quis in ſ aliquo C. de edendo & in l. ſciendum ff. de verb. oblig. Felyn. in d. c. ſi cautio num. 69. de fid. Inſtr. Ca-

ſtr. &

Digitized by Google

ſtr. & Alex. in l. predia ff. de acq. poſſ. vide adducta hic numero 176. 179.
Quid ſi dicta confeſſio HABVISSE ET RECIPISSE fiat in Teſtamento vid. Rimin. in conſ. 134. num. 2. v. 1.
182 ET DE EO VOCAVIT SE BENE SOLVTVM &c. Vide in cap. 62. nu. 28. & de Pacto de non Petendo in cap. 60. num. 29.
183 EXCEPTIONI NON NVMERATÆ PECVNIÆ &c. Quia Confeſſioni de Recepto poterat opponi Exceptio non numeratæ pecuniæ Bart. in l. 1. num. 1. C de dot. ca. non num. Bald. in l. 1. num. 2. C. de ſolutio. ideo ponitur hic d. clauſula.
Quid autem ſit iſta Exceptio non numeratæ pec. & in quibus locum habeat vide totum tit: C. de non num. pec. Felyn. in c. ſi cautio num. 71. cum ſeq. de fid. Inſtr. late Bertaz. de clauſul. clauſ. 32. gloſ. 1. 2. 3. vide infra in cap. 174. num. 7.
Quando autem talis exceptio non nu. pec. ſit perpetua vide Garz de laud. mer. iur. p. 1. §. 4. gloſ. 2. num. 14. 15.
Renunciatio autem d. Exceptioni an valeat Bertaz. de clauſul. clauſula 32. gloſ. 4. per totum Marſ. in ſingul. 222. Exceptio Bald. in conſ. 452. duo rei v. 1. Caſtr. in l. ſi ex cautione num. 6. C. de non numer. pec. Aret. in §. 1. num. 14. Inſt. de liter. oblig. & in §. 1. de exceptio. num. 36. 38. Alex. in conſ. 179. Viſa ſcriptura num. 3. v. 2. Felyn. in c. ſi cautio num. 48. cum ſeq. & num. 56. vbi late de fid. Inſtr. pulchre & late Camban. de clauſul. in tit. de ſimulat. in cap. An Exceptioni non numer. &c. Supereſt vt videamus in v. 18. tract. 476. per totum vide Carp. ad ſtat. mediol. cap. 50. num. 18. v. 1.
Sed ſtante alia clauſula infraſchripta PROMISSIONIS NON CONTRAVENIRE Vide Capp. Tholoſ. q. 374. & Marſ. ſing. 327. Exceptio.
184 OMNINO, &c. Hæc dictio ſignificat præciſam voluntatem Iaſ. in l. præcibus num. 2. C. de impub. & alijs ſubſt. Socc. in conſ. 249. num. 17. v. 2. Dec. in conſ. 1. num. 5. & conſ. 582. num. 2. Socc. in l. ſi mihi & tibi §. in legatis nu. 17. ff. de legat. p. Felyn. in c. ex parte il p. in princ. de off. deleg. Et denotat ipſo Iure Tiraq. in l. ſi vnquam in verſ. reuertatur numero 76. C. de reuoc. donat. Gammar. de Auth. leg. delat. lib. 2. verſ. illud noſſe num. 312. 313. in v. 13. p. 2. tract. 161. Georg. Natam. de pactis cap. quamuis num. 51. in v. 6. p. 2. tract. 34.
185 RENVNCIANS, &c. De hac renunciatione vide hic nu. 183. & in cap. 62. num. 47.
186 QVÆ OMNIA, &c. Vide in cap. 62. num. 29.
187 ET SINGVLA, &c. Vide hic num. 167.
188 PROMISERVNT, &c. In cap. 62. num. 30. & cap. 62.

Digitized by Google

numero 38.

189 *Solemni ſtipulatione*,&c. In cap. 62.nu.9.

190 *Inuicem & Viciſſim*, &c. In cap. 62. num. 33.

191 *Recipientibus*,&c. Et acceptantibus, &c. In cap. 60. num. 22.

192 *Perpetuo Firma*&c. In cap. 60. num. 44.

193 *Actiones*,&c. In cap. 62. num. 35.

194 *Contra non facere*, &c. In cap. 58. num. 11.

195 PER SE VEL ALIVM, &c. Per ſe facit qui proprio corpore facit Bald. in l. 1. §. ne autem num. 16. in med. & num. 19. C. de caduc. toll.

At cum mandatur fieri per ſe; non poteſt fieri per alium Iaſ. in l. 2. § quod ſi patris num. 3. ff. ſolut. matr. & in l. 1. §. adipiſcimur num 1. & 2. ff. de acq. poſſ.

Dicitur autem Facere tam qui Directe quam qui Indirecte facit Corn. in conſ. 26. hæc conſultatio in littera O vol. 2.

Et quod per ſe fieri non poteſt nec etiam per alium l. deniq; ff. ex quibus cau. maior.

Facere enim Per Alium eſt quædam fictio Bald. in d. l. 1. §. ne autem nu. 16 C. de cad. toll. arg l. 1. § deieciſſe ff. de vi & vi arm. Cagn. in l. is damnum num. 1. ff. de regu. Iur.

Sed quod dicatur proprie facere qui facit per Alium vide Rebuffum in tract. de nomination. q. x. nu. 28. in v. 15. p. 2. tract. 313 vide c. qui per alium vbi Dyn. de reg. Iur. in 6.

Intelligatur iſtam clauſulam PER ALIVM, Quem venditor poſſit prohibere l. ſi in lege §. item ex conducto ff. locar.

Quod autem aliud ſit facere aliud Facienti Conſentire eſt regula notiſſima l. aliud ff. de reg. Iur. vbi DD. Bart. in l. cum pater §. libertis num. 4. ff. de legat. 2. Dec. in conſ. 475. num. 8.

Reliqua vide hic num. 101. & in cap. 62. num. 37. & in capit: 88. numero 19.

196 DE IVRE VEL DE FACTO, &c. Vide hic num. 102. & cap. 62. num. 39.

197 ALIQVA RACTIONE, &c. In cap. 62. num. 17.

198 SVB PÆNA DVPLI, &c. In cap. 60. num. 47.

199 SVB REFECTIONE DAMNORVM, &c. Quia multa poterant diſcuti An venditor teneretur Puta ſi Lis eſſet tãtum ſuper poſſeſſione vel ſuper proprietate, Et Quæ Expenſæ venirent nec ne Ideo ad tollendas omnes dubitationes ponitur dicta clauſula Bart. in l. 102. venditores num. 1. cum ſeq. ff. de ver. oblig. & in l. ratio num. 1. & 2. ff. de act. empt. Celſ. Vg. de clauſul. num. 260. in v. 18. tract. 502. vide adducta hic num. 146. & num. 143 & num. 158. & in ſeq. num. 200.

Quod debeat expectari actualis abdicatio ante quam de euictione agatur

Digitized by Google

agatur vide Cepoll. in Cautel. 177.

200 LITIS ET EXTRA, &c. Plura ſunt genera expenſarum vt per Lanft. de Aria. in tract. de expenſ. in princ. num. 1. in vol. 3. p. 2. tract. 396. Federig. Schen. in tract. de expenſ in Iud. fact. in vol. 3. p. 2. tract. 397 & Iacob. de Aren. de expenſ. in Iud. fact. in eod. v. 3. p. 2. tract. 394

Sed de Expenſis factis in Re vid. l. in fundo ff. de re vend. vbi Bart. Io: Garſia de expenſ. & melior. in vol. 17. tract. 357. cum ſeq.

Alia vide hic ſupra num. 143. in fine & num. 199.

201 *Quæ Pæna toties*, &c. Vide in cap. 60. num. 48.

202 *Quoties*, &c. In cap. 60. num 34 & 48.

203 *Qua Pæna Commiſſa*, &c. In cap. 60. num. 49.

204 *Rata Maneant*, &c. In cap. 60. num. 50.

205 *Pro Quibus Omnibus*, &c. In cap. 62. numero 29. & 43.

206 *Et Pro Dicta Pæna*, &c. In cap. 62. num. 44.

207 *Obligauerunt*, &c In cap. 62. num. 45.

208 *Omnia & Singula*, &c. In cap. 63. num. 167.

209 *Bona Præſentia & Futura*, &c. In capitulo 62. numero 46.

210 *Renunciantes*, &c. In cap. 62. num. 47.

211 *Exceptioni non ſic Facti*, &c. In capit. 62. num. 48.

212 *Doli Ma i*, &c. In cap 62. num 49.

213 *Vis*, &c. In cap. 1. num. 17.

214 *Metus*, &c. In cap 1. num. 19.

215 *Fraudis*, &c. In cap. 62. num. 52.

216 *In Factum Actioni*, &c In cap. 62. num. 53.

217 *Conditioni Indebiti*, &c. In cap. 62. num. 54.

218 *Sine Cauſa*, &c. In cap. 62. num. 55.

219 *Et ex Iniuſta Cauſa*, &c. In cap 62. num. 56.

220 *Fori Priuilegio*, &c. In cap. 63. nu. 159. 160. 161.

221 *Et Omni Iuris & Legum Auxilio*, &c. In cap. 62. num. 57.

222 *Et Legi Dicenti*, &c. In cap. 62. num. 58.

223 *Quibus Quidem*, &c. In cap. 62. num. 59.

224 *Præſentibus Audientibus*, &c. Faciunt adducta in ca. 1. nu. 122

225 *Prædicta Omnia & Singula*, &c. Vide hic ſupra numero 167.

226 *Ego* &c. *Iudex Ordinarius*, &c. In cap. 62. num. 60.

227 *Præcepi per Guarantigiam*, &c. In capit. 62. numero 61.

228 *Ex Forma Statutorum*, &c. In cap. 62. num. 60.

229 *Omnia & Singula*, &c. Hoc in cap. 63. num. 167.

230 *Faciant, & Obſeruent*, &c. Faciunt adducta in cap. 62. num. 35.

231 IVXTA, &c. Ideſt Secundum c. maiores in princ. ex. de Baptiſm. Hieron. Garſ. de Laud. mer. Iur. p. 2. §. 4. gloſ. 2. num. 6. in v. 3. p. 1. tract. 314. Pinus in conſ. 106: num. 5. vbi dicit quod ſtat caſualiter ſed melius declarat Roman. in conſ. 336. numero. 3.

Dicta

Digitized by Google

Dicta dictio ponitur aſſertiue & continuatiue Albe. de Perg. de præ poſitio. num. 28. in v. 18. tract. 274.

Quo ad confinia denotat propinquitatem Bald. de ſtatut. in verſ. Domus num. 5. in vol. 2. tract. 108. Felyn. in ca: quia indicante num. 8. de præſcript. Pariſ. in conſ. 58. num. 58. v. 3.

Item dicta dictio varia ſignificat ſecundum ſubiectam materiam Andr. ab Exea de pact. num. 581. in v. 6. p. 2. tract. 27. Socc. in conſ. 211. breuiter num. 1. v. 2. vide dicta Garz. de laud. mer. iur. par. 2. §. 4. gloſ. 2. num. 6.

232 IN OMNIBVS ET PER OMNIA, &c. Vide in capit. 62. numero 64.

233 ROGANTES, &c. *In* cap. 58. num. 28.

234 INSTRVMENTVM VEL INSTRVMENTA, &c. *In* cap. 58. num. 29.

DATIO TENVTÆ. CAP. LXIIII.

FOrmula iſta eſt melior illa quam ponit Chriſt. Roſign. de Benefic. cap. 12. num. 28. 29. quam vide in vol. 15. p. 2. tract. 266. col. p.

1 IN DEI NOMINE, &c. Vide in cap. 1. num. 1.

2 AMEN, &c. Eod. cap. 1. num. 1.

3 SEBASTIANVS, &c. In capit. 1. num. 11. & cap 2. num. 12.

4 PROCVRATORIO NOMINE, &c. *In* cap. 59 num. 1.

5 VT DE EIVS MANDATO, &c. *In* d. cap. 59. num. 1. in fin. & num. 2.

6 DICTO PROCVRATORIO NOMINE, &c. Eod.

7 INDVXIT, &c. Ad verbum Inducere in poſſeſſionem vide cap. licet epiſcopus de prabend. in 6. c. officij de electio. c. & ſi Chriſtus § *Iacobus* quoq; de *Iur. Iur.*

An ſit neceſſe vt quis inducatur vide l. ſi ex ſtipulatione cum l. ſeq. clam. ff de acq. poſſ. & vide l. 2. C. de acq. poſſ.

8 DEDIT ET TRADIDIT, &c. Quod requiratur Traditio, in danda poſſeſſione vide l. ſi ex ſtipulatione ff. de acq. poſſ. De Forma dandi tenutam in c 2 de conſuetud. Bald. in l. 1. num. 30. C. comm. de legat. & Quotupliciter fiat Traditio Bald. in l. traditionibus num. 2. C. de pact.

Ad hanc clauſulam vide etiam Petr. de Bellapertic. de Fæud. tit. 7. qualiter feudum num. 3. in v. x. p. 2. tract 4. facit l. 1. §. ſi *Iuſſerim* ff. de acq. poſſ. l. quod meo §. ſi furioſo cum ſeq. ſi venditorem vb. Bart. ff. de acq. poſſ. facit l. 3. C. eod. Bald. in l. ſi ita

num.

Digitized by Google

num. 5. ff. de contrah. emp. Aliquando tamen Traditio non videtur neceſſaria Guid. Pap. q. 22. num. 2.

DEDIT hoc verbum quotupliciter accipiatur vide Bald. in l. manumiſſiones num. 14. ff. de *Iuſt.* & *Iut.* vide cap. 63. nu. 9. & 172. & cap. 92. num. 4.

TRADIDIT De hoc verbo ſicuti etiam de verbo DARE Bald. in l. ſi ita diſtrahatur num. 1. ff. de contrah. empt. vide in capit. 63. num. 174 & in cap. 74. num. 3.

De dictis verbis DARE & TRADERE vide Socc. in conſ. 9. nu. 29. & 33. & in conſ. 93. num. 3. vol. 1.

9 CLAVES, &c. Quod Clauium traditio facta in conſpectu rei transferat poſſeſſionem fundatur in l. 1. §. ſi iuſſerim ff. de acq. poſſ. & in l. clauibus vbi Bart. ff. de contr. empt. Oldrad. in cõſ. 208. Bart. Alex. num. 1. *Iaſ.* num. 16. Pontan. num. 68. Zaſius num 92. Sozz. *Iun.* num. 427. Ripa num. 57. 58. 59. & alij in d. l. p. §. ſi iuſſerim ff. de acq. poſſ. Socc. in conſ. 131. num. 7. 8. v. 1. Afflict. deciſ. 299. num. 32. Guid. Pap. q. 81. vide quæ dicit Rom. in ſingul. 137. Couarruu. var. reſol. lib. 3. cap. 16. nu. 11. Bald in l. traditionibus num. 2. C. de pact.

10 ET DE TERRA, &c. Hoc fundatur in cap. 2. ex. de conſuetud. & in l. 3. in princ. ff. de acq. poſſ. vbi *Ias.* num. 3. Caſtr. num. 1. Alex. num. 1. & Guid Pap. q. 22. num. 2. in fine.

11 QVAM TENVTAM, &c. DICTVS ANTONIVS &c. Quia debet conſtare de nomine recipientis vt dictum eſt ſupra in cap. 1. num 11. Et ſimiliter de conſenſu eiuſdem recipientis per ea quæ dicta ſunt in cap. 60. num. 22. *Ideo* ſequntur alia in ſeq. numero 12. 13.

12 ACCEPIT. &c. Hoc fundatur in l. 1. §. per procuratorem in ver. accipiunt & in §. ſi *Iuſſerim* & in l. 3. in princ. & in §. neratius ff. de acq. poſſ. & in l. clam iuncto dicto §. ſi iuſſerim in fin. ff. eod. facit l. cum heredes ff. de acq poſſ. & l. minus C. eod. & l. 115. queſtio. ff. de ver. ſignif. vide adducta in cap. 60. num. 22.

13 NON SOLVM ANIMO SED ETIAM CORPORE, &c. Quia vtrumq; & Corpus & Animus requiritur in acquirenda poſſeſſione l. 1. §. ſi iuſſerim & l. 3. in princ. & l. quem admodum ff. de acq. poſſ. l. qui vniuerſas §. quod per colonum eod. ſed vide l. quarundam ff. eod. & l. licet vbi Bald. C. de acq. poſſ.

14 ROGANTES, &c. Vide in cap. 58. num. 20.

FIDE-

Digitized by Google

FIDEIVSSIO IN CONTINENTI IN VENDITIONE.

CAP. LXV.

FOrmulam hanc ponit Specul in tit. de fideiuſſoribus §. 1. poſt numero 6.

1 PRO QVO QVIDEM ANTONIO, &c. Hoc dicitur quia fideiuſſor non eſt niſi pro alio ſe obliget toto tit ff. C. & Inſt. de fideiuſſ. Aret. Inſt. de fideiuſſ. in princ. Et cauſa ſeu fauore debitoris Socc in conſ. 23. num. 26. vol. 4.

De Releuatione promiſſa & ad quam tenetur principalis erga fideiuſſorem vide Bald. in l. ſi pro ea num. 20. C. mandati.

De clauſula PRO QVO DE RATHO PROM. vide dicta in cap. 151. num. 8.

2 ET EIVS PRÆCIBVS ET MANDATIS, &c. Hoc dicitur quia Principalis debitor prius ex ſuis præcibus & mandatis obligatur erga Fideiuſſorem quam Fideiuſſor obligetur erga Creditorem l. ſi vero non remuneraudi §. ſi poſt & §. planè ff. mandat. quamuis fideiuſſor & ante & poſt Principalem ſe poſſit obligare Creditori § fideiuſſor il 2. Inſt. de fideiuſſ. l. 4 §. 1. ff. eod. ſed vid. Pariſ. in conſ. 110. num. 71. cum ſeq. vol. p. Ad hec verba vide Aret. Inſt. de fideiuſſ. in princ. num. 2.

3 IN OMNIBVS ET SINGVLIS, &c. In cap. 63. num. 65. 92. 167.

4 IN OMNEM EORVM CASVM, &c. Et ſic comprehenditur caſus Euictionis de quo ſupra in cap. 63. num. 146. & caſus Litis & moleſtiæ eod. num. 100. cum ſeq. & caſus Conſeruationis eod. num. 140. 143 & de Suſcipiendis in ſe litibus eod. cap. 63. num. 132. Et omnem alium caſum per dictum verbum Omne ad quod vide in cap. 62. num. 29. & in cap. 63. nu. 167.

5 NON VI, &c. Supra in cap. 1. num. 17.

6 DOLO, &c. In cap. 1. num. 18.

7 VEL METV, &c. In cap. 1. num. 19.

8 SEV ALIA MACCHINATIONE, &c. Macchinatio eſt calliditas ſeu ars verborum ordinata ad alium decipiendum l. 1. §. dolum ff. de dolo vbi gloſ. & Bart. fac. l. Iuriſgent. §. dolo ff. de pact. l. 1. C. de plus pet. in princ. l. liberti C. de inoffic. teſt. l. fin. §. ſed quia C de Iur. delib. vid. Hier. Gig. de crim. leſ. maieſ. lib. 6. de Rebell. q. 5. num. 12. in v. 11. p. 1. tract. 81. & l. fin. C. de poſtuland. vide Bart. in l. quod nerua num. 12. ff. de-

ff. depoſiti gloſ. fin. in §. preterea Inſtit. quib. mo. re contr. obligat.

9 CIRCVMVENTI, &c. Ideſt Dolo Malitia vel Fraude l. 1. §. dolum ff. de dolo c. cum olim vbi gloſ. & DD. de Re, Iud. l. 1. in princ. ff. ſi quis om. ca. teſt. Ant. de Roſellis de vſuris in princ. num. 49. 50. in v. 7. tract. 68. & hoc dicitur quia Fideiubere eſt diſſipare & male vti ſubſtantia ſua Iaſ. in l. in perſona §. qui pecuniam num. 1. 2. ff. de pact. Alex. in l. ſi coſtante in princ. nu. 14. & Ripa num. 38. ff. ſolut. matr.

Item hoc dicitur quia circumuentus poteſt retractare actum c. cum Bertoldus de Re Iud.

10 EX CERTA SCIENTIA, &c. In cap. 1. num: 21. In ſequenti autem Formula cap. 66. dicitur Sciens non teneri, de qua vide in d. cap. 66: num. 6:

11 ET NON PER ERROREM, &c. Quia qui errat non conſentit l. 2. in princ. ff. de Iudic. l. nihil conſenſui §. fin. ff. de reg. Iur. vbi DD. l. non id circo C. de iur. & fac. ignor. & actus factus errore nihil valet l. ſi per errorem ff. de Iuriſd. omn. Iud. vbi late DD. præcipue Iaſ. & DD. in l. 1. C. de error. calc. Bald. in l. 1. in 19. oppoſ. num. 22. in fin. C. qui admitt. Bart. in l. quiteſtamento ff. de excuſat. tut.

Ad dictam clauſulam & Quid ſit Error & Quotuplex vide Camb. de clauſul. poſt clauſulam enunciat: in clauſula Non errore ductus in v. 18. tract. 402. col. 3. Alex. in conſ. 42. num. 7. v. p. idem Alex. in l. qui Romæ §. duo fratres numero 54. ff. de verb. oblig. Curt. in conſ. 50. num. 372. Socc. in conſ. 40. num. 6. v. 1. & conſ. 159. num. 22. v. 2. & conſ. 214. num. 4. v. 2. Ruyn. in conſ. 139. num. 6.

Stante tamen dicta clauſula Error non præſumitur Alciat. de præſumpt. reg. 3. preſ. 21. v. 4. tract. 337.

12 FIDEIVSSERVNT, &c. Idem erit ſi dicatur Promiſerunt Voluerunt Cupierunt Affirmauerunt vel Super me vel ſimilia verba §. pen. & §. fin. Inſt. de fideiuſſ. l. grece in princ. ff. eod. l. ſi vero non remunerādi §. ſi quis mandauerit in fin. ff. mādati.

Et Literæ Credentiæ quid importent Bart. in l. Lucius num. 1. ff. De fideiuſſ. Ripa in Rubr. nu. 5. ff. de pignor. Alex. in conſ. 173. num. 9. v. 7. l. fideiuſſor obligari §. fin. de fideiuſſ. Imol. in l. delegare ff. de nouat:

De verbo Fideiubeo vide Aret. in §: in ſtipulationibus nu. 3. Inſt. de fideiuſſor.

Licet Fideiuſſor ſpecifice non obliget ſuos heredes tamen obligantur l. 4. ff. de fideiuſſ. §. fideiuſſor non tantum Inſt. eod. l. fideiuſſoris quidem in princ. C. eod. Dec. in conſ. 213. num. 6. vide adducta in cap. 62. num. 4. Excepto tamen Fideiuſſore pro male-

Digitized by Google

ficio non autem pro pœna nam non obligat heredes Aret.& DD. in d. §. fideiuſſor, non tantum Inſt. de fideiuſſor.

13 LVCAS ET MATTHEVS, &c. Ad hoc vide in cap. 1. num. 11. & cap. 2. num. 12.

14 QVILIBET EORVM, &c. Verbum Quilibet denotat quem ſe obligare inſolidum etiam quod aliud non eſſet dictum Bart. in Auth. hoc ita num. 2. propè med. C. de duob. Re idem Bart. in l. hoc articulo num. x. ff. de hered. Inſt. vid. l. ſi pluribus vbi gloſ. & Bart. ff. delegat. 2. & in l. ſi ita fuerit relictum eod. vid. hic num. 16.

Quod talis dictio ſit vniuerſalis vide Dec. in conſ. 619. num. 2.

15 PRINCIPALITER, &c. An per hanc clauſulam poſſit fideiuſſor conueniri ante Principalem (ſi non ſit renunciatum beneficijs competentibus fideiuſſoribus vel ſi non adſit ſtatutum noſtrum florentinum) vide Abb. in c. 2. nu. 6. de fideiuſſ. Salyc. in Auth. præſente in q. 5. C. de fideiuſſ. Specul. de renunciat. & concl. num. 18. verſ. ſed ſi fideiuſſor Aret. in l. in duobus §. 1. col. pen. ff. de duob. re. Abb. in c. 2. num. 5. 6. de fideiuſſ. Dec. In l. fin. in princ. num. 27. ff. ſi cert. pet. deciſ. Toloſ. 80. Admi- ctit. Curt. Sen. in conſ. 6. in princ. Alex. in l. vbi autem §. illud num. 4. ff. de ver. obligat. Ruyn. in conſ. 99. nu. 1. v. 5. & conſ. 140. num. 8. Guid. Pap. q. 570. num. 6. Aret. in §. ſi plures num. 8. Inſt. de fideiuſſ. vide Caſtr. in l. in perſonam §. 1. num. 2. 3. ff. de pact. & in l. reos num. 4. ff. de duob. reis Alex. in l. dictantib. num. 3. C. de teſtam. Boer. deciſ. 221. nu. 13. in fine vide etiam in ſeq. num. 16. Pin. in conſ. 157. num. 1. Carp. ad ſtat. mediol. cap. 189. num. 2. & 7. vol. 2.

16 INSOLIDVM OBLIGANDO, &c. Hæc clauſula tribuit obligationem vnicuiq; in totum l. 3. C. de fideiuſſ. § ſi plures Inſt. eod. l. ſi non ſinguli C. ſi cert. pet. l. ſi diuiſa C. locat.

Et ſine dicta clauſula de Iure antiquo tenebatur in ſolidum niſi in contrarium fuiſſet declaratum d. l. 3. & d. §. ſi plures & l. Iure noſtro C. de fideiuſſ. ſed de Iure Authenticorum requiritur Excuſſio Auth. præſente C. eod.

An dicta clauſula tollat fideiuſſori beneficium Epiſtolæ diui Adriani d. l. 3. vbi Bart. & Salyc. C. de fideiuſſ. An vero requiratur quod fiat Renunciatio d. Beneficio Bald. in d. Auth. præſente in fine Abb. in c. 2. num. 5. 6. de fideiuſſor. vide dicta Rom. in conſ. 392. circa primum num. 7. 8. cum ſeq. Abb. in conſ. 72. num. 1. v. 2. Aret. in conſ. 33. num. 6. 7. 8. Alex. in conſ. 78. num. 8. in fin. v. 1. Guid. Pap. q. 94. Dec. in conſ. 27. num. 6. 8.

Item an dicta Renunciatio ſi adeſſet poſſet reſcindi Bald. in Rubr. num. 6. 7. de reuoc. ijs quæ in frau. cred.

Sed ſtantibus alijs infraſchrittis clauſulis de quibus hic infra num.

47. cum

Digitized by Google

47. cum ſeq. ceſſat omne dubium.

Si clauſula Renunciationis ſit cæterata vide Curt. Sen in conſ. 6. in princ. ad quam materiam vide Tiraq. de conſtituto par. 3. limit. vlt. num. 7. & num. 12. & infra in cap. 174. numero 8. 9. 10. cum ſeq.

De clauſula iſta IN SOLIDVM vide ſupra in cap. 2. num. 14.

17 PÆNES, &c. Hæc dictio importat pænitus in Poteſtate & Dominio l. pænes vbi Alciat. ff. de ver. ſig. Ant. ſum. de Coniunct. num. 32. in fin. in v. 18. tract. 274. vid. l. 1. C. de concub. c. Abbate de verb. ſign. Pinus in conſ. 167. num. 10.

18 *Dictum D. emptorem præſentem*, &c. In cap. 1. num. 12. & cap. 60. num. 22. & cap. 63. num. 11.

19 *Et pro ſe & nominandis*, &c. In cap. 63. num. 17.

20 *Et eorum heredibus*, &c. Vide adducta in cap. 62. num. 4. & nu. 11. & cap. 63. num. 14.

21 *Et ſubceßoribus*, &c. In cap. 63. num. 14.

22 *Recipientem*, &c. In cap. 60. num. 22.

23 *Et promiſerunt*, &c. Vide in cap. 62. num. 30.

24 SOLEMNI STIPVLATIONE, &c. In cap. 62. num. 9. Fideiuſſio enim non eſt ſine ſtipulatione Bart. in l. ſciendum num. 2. ff. de ver. oblig. & ibi late Crott. Iaſ. in l. ſtipulationum §. ſatis acceptio num. 2. ff. eod.

25 *Conuenerunt*, &c. Eod. cap. 62. num. 9.

26 *Dicto D. vt ſupra*, &c. Ad dictionem VT SVPRA vide in cap. 63. num. 44.

27 *Recipienti*, &c. In cap. 60. num. 22.

28 *Se ipſos & quemlibet eorum*, &c. Vide hic num. 14.

29 *Inſolidum*, &c. Hic num. 16. & in cap. 2. num. 14.

30 FACTVROS ET CVRATVROS, &c. De hac clauſula vide Bart. in l ſi heres iuſſus num. 1. ff. de legat. p. & ponitur quia promictens factum alienum nõ tenetur §. ſi quis alium in fin. Inſt. de inutil. ſtipul. vbi Aret ſed ſtante dicta clauſula promictens tenetur ad intereſſe d. §. ſi quis alium vbi Aret. Bertrand. in conſ. 345 p. 2. & conſ. 80. p. 2. Pariſ. in conſ. 109. nu. 15. 16. 20. v. 1. & conſ. 111. in fine v. 4. & conſ. 33. num. 62. 63. v. 1.

Si non coſtat de intereſſe nihil releuat dicta clauſula Pariſ. in d. conſ. 33. num. 63. v. 1. Bald. in conſ. 101. num. 3. v. 3. Socc. in conſ. 253. numero 12. v. 2. vide Alciat. in l. 4. §. cato ff. de verb obligat.

Et tenetur Facere & Curare ſine interpellatione Dec. in conſ. 2. num. 3. Ripa in l. 4. § cato num. 59. ff. de verb. obligat. Felyn. in c. ex reſcripto num. 18. in fin. de Iur. Iur.

Et quod requiratur prius liquidatio ante quam procedatur ad executionem vide Dec. in conſ. 107. num. 2.

Digitized by Google

Si dictum eſſet Facturos & Curaturos Cum Effectu vide Pariſ. in conſ. 110. num. 42. v. 1. Socc. in conſ. 44 num. 1. v. 1. Ripa in l. quod te num. 47. ff. ſi cert. pet. Oct. velpell. de treg. & pace q. 53. num. 4. in vol. x1. p. 1. tract. 413. Dec. in conſ. 312. num. 1: in med. Pariſ. in conſ. 110. nu. 17. 20. 42. v. 1. Rimiaal. in conſ. 322. num. 13. v. 2. & infra in cap. 68. num. 15.

31 ITA ET TALITER, &c. Hæc ponitur quia faciens omne conatum an liberaretur ſi non adeſſet dicta clauſula vide DD. in cap. gemma vbi Abb. num. 2. de Sponſal. idem Abb. in conſ. 94. num. 1. cum ſeq. v. 1. Felyn. in c. ex reſcripto num. 17. 18. de Iur. Iur. DD. in l. 4. §. cato ff. de verb. obligat. vbi Crott. num. 21. Hormanott. num. 521. Alciat. num. 129. & Ripa num. 56. 59. Afflict. deciſ. 295. Dec. in conſ. 313. num. 2. l. impoſſibilium vbi Cagn. num. 4. ff. de reg. Iur. Pariſ. in conſ. 109. num. 1. cum ſeq & conſ. 110. num. 1. & num. 26. & conſ. 117. in princ. v. 1. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta in princ. num. 10. ff. de verb. oblig. Socc. in conſ. 288. num. 32. 33. v. 2.

Et ſic ſtante dicta clauſula & non obſtante omni conatu an debeat adimpleri promiſſio vide Cagn. in l. Impoſſibilium num. 4. ff de reg. Iur. Pariſ. in d. conſ. 109. num. 8. & conſ. 110. num. 3. 4. v. 1. Dec. in l. fin. §. fin. num. 11. ff. ſi cert. pet. Alciat. in d. §. cato num. 131. Bertrand. in conſ. 214. Aret. in l. ſi ita ſtipulatus §. poſſum ff. de verb. oblig. Dec. in conſ. 324. num. 1. ſed in contrarium vide quæ dicit Pariſ. in conſ. 117. num. 1. 2. v. 1. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta num. 10. ff. de verb. obligat. & Capic. deciſ. 93. nu. 8. Aret. in conſ. 143. num. 2. in fine Dec. in d. l. impoſſibilium num. 3. 4. ff. de reg. Iur. Ruyn. in conſ. 67. v. 4. vide adducta in præced. num. 30.

De d. dictione ITA QVOD vide hic infra num. 33.

32 OMNI IVRIS ET FACTI EXCEPTIONE REMOTA, &c. Hæc clauſula tollit omnem exceptionem & eam ponit Specul. in tit. de empt. & vend. §. 1. num. 3. vbi Bald. in addict. col. 1. in princ. facit l. 2. in princ. ff. de except.

An dicta clauſula tollat except. Difficultatis vel Impoſſibilitatis Socc. in conſ. 288. num. 31. v. 2. Sed aliter declarat eam Felyn. in c. cauſamque nu. 21. & 22. de reſcript. Ant. de Cana. de execut. inſtru. q. 1. num. 1. & 2. in vol. 5. tract. 39. vide dicta Pariſ. in conſ. 110. per totum v. 1. Celſ. Vgo. de clauſul. contract. nu. 243. in v. 18. tract. 501. Horman. in l. 4. §. cato num. 528. & Crott. in 9. oppoſ. ff. de ver. oblig. Vide alia in cap. 80. num. 39. & cap. 89. num. 40.

Si diceret ſine aliqua Controuerſia vide l. thais §. ſticus ff. de fideic. libert:

An dicta clauſula tollat Excuſſionem Rom: in conſ. 211. nu. 2. Iaſ. in l.

in l. 1. debeat num. 7. C. de ſacroſ. ecc. Felyn. in d. cap. cauſam quæ num. 22. de reſcript. Marſil. in Rubr. de fideiuſſor. nu. 272. vide hic infra poſt. num. 51.

An tollat compenſationem Afflict. deciſ. 121. nu. 4. Tiraq. de retract. tit. p. §. 3. gloſ. 3. num. 6. Socc. in l. Iulianus ff. de cond. & demoſtr.

Ad hæc vide tract. Carol. de Graſſ. de exceptio vbi late Et de exceptionibus impedientibus litis ingreſſum Blanc. de Compromiſſ. poſt q. 4. in vol. 3. p. 1. tract. 169. Alia vide in cap. 80. nu. 39. & in cap. 89. nu. 40. vide etiam late Carp. ad ſtat. medio. cap. 116. num. 195. vol. 1.

33 ITA QVOD, &c. An hæc clauſula Reſtringat diſpoſitionem vel ſtet declaratiue & ampliatiue vide Dec. in conſ. 521. num. 16. & conſ. 527. num. 4. Pariſ. in conſ. 1. num. 23. 24. v. 3. & conſ. 20. num. 47. v. 2. & conſ. 21. num. 38. v. 2. & conſ. 92. nu. 33. v. 2. & conſ. 90. num. 27. v. 2. & conſ. 93. num. 13. v. 2. & conſ. 22. num. 39. v. 3. Crau. in conſ. 201. num. 41. v. 2. Socc. in conſ. 141. num. 8. & 9. v. 1. vide in cap. 63. num. 85.

De dictione ITA TAMEN Vide in cap. 63. num. 136, in capit. 2. numero 15.

De dictione ITA ET TALITER Vide hic num. 31.

De dictione ITA QVODAMODO In cap. 63. num. 85.

De dictione ITA VT Vide in cap. 70. num. 20.

34 *Faciendo poſsibilia*, &c. Vide adducta hic num. 30. 31. 32.

35 *Quod dictus Venditor, &c. Omnia & ſingula*, &c. In cap. 63. nu. 66. & num 92. & 167.

36 *Attendet faciet & obſeruabit*, &c. In cap, 62. num. 35.

37 ALIOQVIN DE EORVM PROPRIO, &c. Ad dictionem ALIOQVIN vide l. milites ff. de cuſt. reor. Dec. in l. 2. in princ. num. 7. ff. ſi cert. pet.

AD CLAVSVLAM DE SVO PROPRIO, &c. Vide Celſ. vgo. de Clauſ. num. 298. in med. in vol. 18. tract. 503. Oct. vel pell. de Treg. & Pace q. 53. num. 5. in vol. 11. p. 1. tract 413.

An dicta clauſula tollat caſum Impotentiæ Ripa in l. ita ſtipulatus num. 50. ff. de ver. oblig.

38 *Inſolidum*, &c. Vide hic ſupra num. 16.

39 *Attendere & obſeruare*, &c. In cap. 62. num. 35.

40 *Sub pœna dupli*, &c. In cap. 60. num. 47. & cap. 63. num. 156.

41 *Pro ſingulis capitulis*, &c. In cap. 63. num. 66. 92. 167.

42 *Refectione damnorum & expenſarum*, &c. In capit. 63. numero 143. 199.

43 *Et intereſſe*, &c. In cap. 63. num. 158.

44 *Litis & extra*, &c. In cap. 63. num. 200.

45 *Quæ pœna*, &c. Dictam clauſulam vna cum omnibus clauſu-

lis

Digitized by Google

lis ſequentibus vſq; ad clauſulam Quæ bona, &c. Vide remiſſiuè in cap. 63. a num. 110. vſq; ad num. 201.

46 QVÆ BONA OBL. CONSTITVERVNT, &c. PRÆCARIO NOMINE, &c. Quod valeat iſta clauſula CONSTITVERVNT PRECARIO NOMINE Bart. in l. interdum nu 3. ff. de acq. poſſ. Celſ. Vgo. de clauſul. num. 274. in vol. 18. tract. 502. Camban. de clauſ. in clauſula Conſtituit ſe precario per totum eod. v. 18. tract. 376. Aret. in §. actionum nu. 18. Inſt. de actio. Alex. in conſ. 185. num. 3. v. 6. Rom. in conſ. 246. num. 1. & conſ. 392. num. 11.

An tollat præſumptionem ſimulationis Bald. in l. 1. col. 2. in princ. C. de donat. an. nup. vide in cap. 63. num. 45. propè finem.

An eius Effectus tranſeat, ad heredes Balbus de preſcrip. p 4. princ. q. xi. num. 6. in vol. 17. tract. 78.

De CONSTITVTO Abſoluto in capit. 63. num. 45. & Bart. in l. ab emptore num. 6. ff. de pact. & in l. poſt contractum num. 4 ff. de donat. Alex. in conſ. 28. num. 7. v. 2.

Quid hoc CONSTITVTVM PRECARII differat ab altero conſtituto de quo in d. cap. 63. num. 45. Vide Dec. in l. contractus num. 15. ff. de regul. iur.

47 RENVNCIANTES, &c. Vide adducta hic num. 16. in fine; & ad eamdem & alias ſubſequentes clauſulas vide remiſſiue in cap. 63. num. 210. cum ſeq. & cap. 62. num. 47. cum ſeq. & hic in ſeq. & poſt numerum 51.

48 BENEFICIO NOVE CONSTITVTION. DE FIDEIVSS. &c. Hoc diſponitur in Auth. de fideiuſſ. & mand. Et in Auth. præſente C. de fideiuſſ. & hæc dicitur Noua Conſtitutio vt dicit Bal. num. 1. in d. Auth. præſente & Dec. in conſ. 27. num. 5. 6.

Quod Beneficium eſt Primo vt fiat Excuſſio contra principalem; Secundo vt creditor Cedat Iura d. Fideiuſſori vel Correo contra d. Principalem, Debitorem vt per DD. ibi & tractat Dec. in d. conſ. 27. num. 5. 6. Bertaz. de Clauſul. Clauſula 40. gloſ. 4. num. 1. cum ſeq. & per totum.

Et an dicto Beneficio poſſit renunciari gloſ. Accedat in §. 1. in Auth. de fideiuſſ. Specul. de renunc. & concluſ. num. 16. ſed vide Bald. in d. Auth Preſente num. 5. Abb. in c. 2. num. 6. de fideiuſſor. Roman. in conſ 392. circa primum Aret. in conſ. 33. nu. 8. Alex. in conſ. 78 num. 6. v. 1. Guid. Pap. q 94. Sed quod in Specie requiratur dicta clauſula vide Dec. in conſ. 27. num. 6. 8. Marſil. in Rubr. de fideiuſſ. num. 77. & ob id vide quæ dicit Tiraq. de Conſtituto p. vlt. limit. vlt. num. 11. 12. vide ſupra cap. 62. num. 57. ante finem.

An tali Beneficio Cenſeatur renunciatum per Iuramentum Tiraq. in l. ſi vnquā in præfatio. nu. 152. C. de reuo. donat. & An idem

per

Digitized by Google

per Renunciationem Omni Iuris & Legum Auxilio Tiraq. eod. num. 121.

Alia vide in cap. 174. num. 11.

49 ET DE PLVRIBVS REIS DEBENDI, &c. Hanc clauſulam refert Bart. in Auth. hoc ita num. 33. C. de duob. reis Beneficium hoc operatur vt licet omnes teneantur in ſolidum l. 2. ff. de duob. re. §. ex huiusmodi Inſt. eod. Tamen poſſunt petere diuiſionem per d. Auth. hoc ita C. de duob. re. vbi Bald & Bart. num. 28. Competit etiam Beneficium Diuiſionis vt in præced. num. 48.

Quod dicto Beneficio poſſit Renunciari vide Bart. num. 33. in d. Auth. hoc ita vbi gloſ. fin. C. de duob. re. Specul. de Renunc. & Concl. nu. 17. 18. vbi Bald. in addit. idem Bald. in d. Auth. hoc ita num. 5. Salyc. num. 4 Aret. in §. duo pluresue num. 4 Inſt. de duob. re. vide Bertaz. de Clauſul. Clauſ. 40. gloſ. 5. & ſupra in cap. 62. num. 57. in fine.

Si ſit Renunciatum d. Beneficio Diuiſionis An cæſeatur renunciatum Beneficio Ceſſionis Bald. in l. ſi vt certo §. fin. nu. 3. in verſ. Nota iſtam gloſ. ff. commod.

Alia vide in cap. 174 num. 9.

50 EPISTOLÆ DIVI ADRIANI, &c. Hoc Beneficium concedit vt debitum diuidatur & pro rata a fideiuſſoribus ſoluatur §. ſi plures Inſt. de fideiuſſor. vbi Aret. in princ. & num. 7. l. inter fideiuſſores la prima & l. inter eos in princ. & §. 1 & l. ſi dubitet. ff. de fideiuſſ. Azo in ſumma C. de fideiuſſor. num. 7. Bart. in Auth. hoc ita numero. 28, C. de duob. re. Bertaz. de Clauſ. Clauſula 40. gloſ. 2.

Quod dicto Beneficio poſſit renunciari facit l. pen. C. de pact. & Specul. de Renunciat. & Concluſ. §. 1. num. 15. Aret. in d. §. ſi plures num. 6. Inſt. de fideiuſſ. Marſil. in Rubr. de fideiuſſ. num. 7. Bertaz. de Clauſ. Clauſula 40. gloſ. 2. vide in capit. 62. num. 57. in fine.

Sed Florentiæ Ceſſant dicta Beneficia ſtante Statuto ſub. Rubr. 59. de Reiect. Excuſſ. & Statuto de Præcept. Guarantig. vol. 2. Ad quæ Statuta vide dicta Bald. in d. Auth. hoc ita nu. 2. C. de duob. re. & Rom. in conſ. 292. num. 7. cum ibi addit.

Alia vide in cap. 174. num. 10.

51 RVBRI ET NIGRI, &c. Hoc dicitur quia Titulus in Auth. de Duob. reis comprehendit ſolum materiam de Duobus Reis in Nigro autem comprehendit Fideiuſſores, vt quilibet eorum pro ratha conueniatur & ſic dicta Rubrica loquens de vno comprehendit & alterum in Nigro contentum & e contra DD. in l. 1. C. de diuerſ. reſcrip. & omnes Rubricæ Iuris Ciuilis ſunt authenticæ vt dicit Bald. in rub. C. An ſeru. ex fac. ſuo. Iaſ. &

DD.

DD. in l.1. vbi Bald. n. 2. ff. ſi cert. pet. vnde ponuntur dd. verba.
Si Renuncietur Omni Iuris & Legum auxilio an cenſeatur renunciatum Beneficio Excuſſionis Cædendarum & alijs Tiraq. in. l. ſi vmquam in præfat. num. 121. & 152. C. de reuoc. donat.
Ad dictam clauſulam vide in cap. 62. num. 57.
52 *Quibus* &c. *per Guarantigiam*, &c. Vide in cap. 62. nu. 59. & 61.
53 *Rogans*, &c. In cap. 58. num. 18.

FIDEIVSSIO VENDITIONIS EX INTERVALLO.
CAP. LXVI.

1 IN *Dei Nomine*, &c. Vide cap. 1. num. 1.
2 CERTVM ET VERVM ESSE DICITVR, &c. An hæc verba enunciatiua diſponant vel probent Aut quam vim habeant late Camb. de Clauſul. in capit. de Verbis Enunciatiuis in v. 18. tract. 394. cum ſeq. Petr. Gher. in ſingul. 39. nota regula num. 4. vide adducta in cap. 59. num. 2. & hic in ſeq. num. 3.
De Materia Verborum Enunciatiuorum vide Bart. & DD. in l. ex hac ſcriptura ff. de donatio. vide dicta in cap. 76. nu. 52. & Petr. Foller. de Contrac. cenſua. cap. 2. Refert hic D. R. num. 52. in v. 6. p. 2. tract. 121.
Ad hanc clauſulam vide eumdem Foller. eod. cap. 3. nu. 7. Alex. in conſ. 191. num. 2. v. 6. Pariſ. in conſ. 4. num. 18. 20. v. 4.
3 PRO VT CONSTAT, &c. De hoc vide ſupra in capit. 59 num. 2.
An credatur notario de ſuo iam facto rogitu aſſerenti vide quos refert Bertaz. de clauſ. clauſula 8. gloſ. 8. & adductos in cap. 59. num. 2. & cap. 78. num. 3. & adducta in cap. 170. num. 5.
4 AVDITA ET INTELLECTA, &c. Hoc dicitur quia Omnia quæ aguntur ex certa ſcientia debent perfici l. in totũ ff. de reg. Iur. vbi DD. ideo faciunt quæ dicta ſunt ſupra cap. 1. nume. 21. vide DD. in l. de his ff. de tranſact. & ſupra in cap. 65. nu. 11. & in cap. 150. num. 26. & in cap. 99. num. 9.
Item quia Ignorantia facti impedit deliberationem & libertatem Arbitrij Bald. in l. cum antiquioribus in princ. num. 1. 2. C. de Iur. delib. & in omni Contractu requiritur conſenſus l. conſenſu ff. de actio. & obligat. vide in cap. 60. num. 22. & dicta in cap. 148. num. 3.
De Incertitudine vide quæ adducit Stracc. in add. ad conſ. 162. tra uet. nu. 1. & ſupra in cap. 1. num. 11. & in cap. 2. num. 12.
5 DE QVIBVS OMNIBVS &c. ASS. SE BENECERTVM, &c. Hæc verba excludunt omnem ignorantiam Pariſ. in conſ. 15. nu.

62. 61

Digitized by Google

250. 61. v. 2. Socc. in conſ. 59. num. 20. v. 3. vide in cap. 1. num. 15. in fine & num. 21.

6 SCIENS SE NON TENERI, &c. In cap. 65. num. 10. vbi fuit dictum Ex certa ſcientia de qua Clauſula vide in cap. 1. num. 21. Ad hanc vero Clauſulam SCIENS NON TENERI quod excludat Exceptionem Erroris vide Celſ. Vgo. de clauſ. nu. 288. in vol. 18. tract. 503. Bart. in l. ſed & ſi quis §. fin. nu. 2. ff. ſi quis caut. & in l. ſi dari num. 1. ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. nu. 5. idem Bart. in l. fin. §. idem quæſiuit num. 3. ff. de condit. indeb. Iaſ. in l. Stichus §. Item quæſitum num. 5. ff. de cond. indeb. Bertaz. de Clauſ. Clauſula 39. gloſ. 3. & Bertac. in ſuo Repert. in clauſula Sciens promiſit & ſupra in cap. 1. nu. 21. Et hæc clauſula conſonat cum dictis hic num. 4. vide dicta Garz. de laud. mer. iur. par. 2. §. 4 gloſ. 7. num. 1.

Poteſt tamen probari contrarium Dec. in l. in totum numero 5. 6. ff. de reg. Iur.

7 *Non vi*, &c. In cap. 1. num. 17.

8 *Dolo*, &c. In cap. 1. num. 18.

9 *Vel metu*, &c, In cap. 1. num. 19.

10 *Seu alia macchinatione*, &c. In cap. 65. num. 8.

11 *Circumuentus*, &c. In cap. 65. num. 9.

12 *Sed ſponte*, &c. In cap. 1. num. 20.

13 DELIBERATE, &c. Ideſt Mentem a cogitatione liberata vt per DD. in titulo ff. & C. de Iur. deliber. Miſing. in §. extraneis num. 4. Inſt. de hered. qual. & diff. & Habita libertate Arbitrij & Facti perfecta Scientia alias non poſſet dici DELIBERATE Bald. in l. cum antiquioribus numero 1. & 2. C. de Iur. delib. & illud dicitur Magis deliberate fieri quod fit ad interrogationem vel preces alterius Alex. in Rubr. num. 4. ff. de ver. obl. Bart. in l. ſerui electione in princ. ff. delegat. p. vnde quod eſt deliberatæ factũ non debet retractari Port. in conſ. 98. n. 21.

Item quod dicta Clauſula tollat Errorem Ignorantiam & Dolum vide Pariſ. in conſ. 93. num. 18. v. 3. & conſ. 96. nu. 70. v. 1. ſed vide eundem Pariſ. in conſ. 20. num. 85. v. 1.

14 *Ex certa ſcientia, &c*, In cap. 1. num. 21.

15 *Et non per errorem*, &c. In cap. 65. num. 11.

16 *Et omni meliori modo*, &c. In cap. 1. num. 23.

17 *Pro dicto Antonio*, &c. In cap. 65. num. 1.

18 *Et eius precibus*, &c. In cap. 65. num. 2.

19 *In omnibus & ſingulis*, &c. In cap. 63. num. 66. 92. 167.

20 *Fideiuſsit*, &c. In cap. 65. num. 12.

21 *Panes*, &c. In cap. 65. num. 17.

Omnes alias ſubſequentes Clauſulas vſq; in finem vide in cap. 65. a num. 17. vſq; in finem.

R NOMI-

NOMINATIO EMPTORIS. CAP. LXVII.

HEc eſt Nominatio facta incontinenti poſt emptionem ſed factam ex interuallo vide in cap. 82. & aliqua ſupra in capit. 63. numero 17.

Ad hanc materiam vide Carp. ad ſtat. medio. cap. 69. nu. 1. vol. 1.

1 ANTONIVS EMPTOR, &c. In cap. 1. num. 11.
2 & in cap. 2. num. 12.

VOLENS AGNOSCERE BONAM FIDEM, &c. Id eſt reddere ſuum vnicuiq; nec velle locupletari cũ aliena iactura vt dicit Socc. in conſ. 36. num. 8. 9. v. 1. Cagn. in l. bona fides num. 2. ff. de reg. Iur. Vnde non ſeruans fidem dicitur in dolo l. dolus vbi gloſ. & l. ſi procuratorem §. dolo ff. mand. Alex. in conſ. 84. col. 2. v. 6. Crau. in conſ. 192. nu. 15. v. 1. Et eam non ſeruans Mentitur Crau. in conſ. 241. num. 19. v. 2. Bald. in conſ. 23. & conſ. 275. v. 2. & eſt Periurus Bertaz. in repet. l. ſi quis maior num. 484. C. de tranſact.

Fides enim dicitur a firmitate Felyn. in c. 2. num. 15. de Sponſal. & eſt Veritas & Conſtantia Promiſſorum l. 1. ff. ſi cert. pet. l. 1. in princ. ff. de conſtit. pæcun. l. græce, in princ. cum ibi notat. ff. de fideiuſſo. §. penult. Inſt. eod. §. vendite Inſt. de rer. diuiſ. c. 1. de ſponſal.

Bona fides requiritur in omni contractu Camb. de Clauſ. Clauſula prima num. 6. in v. 18. tract. 369.

3 *Nominauit in emptorem*, &c. Vide in cap. 63. num. 17. & adducta hic ſupra in princ.

4 *Blaſium*, &c. In cap. 1. num. 11. & cap. 2. num. 12.

5 LICET ABSENTEM, &c. Nominatio Abſentis in emptorem non valet niſi adſit qui pro eo recipiat Anchar. in conſ. 127. ad dubia elicita num. 1. 3. & Socc. in conſ. 61. num. 11. & 12. v. 4. Bertaz. de Clauſul. clauſula 18. gloſ. 4. num. 5. & 6. vid. in cap. 63. num. 17.

6 *Et me notarium*, &c. Supra in cap. 58. num. 7.

7 *Recipientem*, &c. Vide dicta hic num. 5. & in cap. 60. num. 22. & in cap. 58. num. 7.

8 *Et omnia & ſingula*, &c. In cap. 63. num. 66. 92. 167.

9 *Et in prædictis & circa prædicta*, &c. In cap. 58. num. 2.

10 ET DE PECVNIIS PROPRIIS D. BLASII, &c. Quia ſi non eſſet dictum cenſeretur de propria pæcunia ſoluiſſe l. 2. vbi Bart. nu. 2. & 3. C. pro ſocio, & ibi DD. ſed vid. Abb. in c. præſbiter nu. 3. de pecul. clericor. idem Abb. in conſ. 46. tria mihi num. 3. in 3. dubio vol. 1. Bart. in l. ſi patruus num. 4. C. comm.

vtr.

Digitized by Google

vtr. Iud. Alex. in conſ. 134. circa ea v. 5. & conſ. 77. in princ nu. 1. v. 6. Corn. conſ. 98. v. 4. Bertrand. in conſ. 253. num. 2. v. 3. Dec. in conſ. 21. num. 10. & conſ. 99. num. 2. & conſ. 348. num. 4. & conſ. 628. num. 2. Crau. in conſ. 129. nu. 2. Bald. in conſ. 109. v. 2. Io: de Amic. conſ. 16. num. 9. & conſ. 124. numero 7. Corn. in conſ. 79. v. 1. & conſ. 213. & 310. vol. 3.

Quod tamen Præſumatur emiſſe de Pecunijs quæ ad eius manus peruenerunt vid Capic. deciſ. 194. num. 15.

Emens autem nomine alieno & de pecunia propria ſoluens nullam hypotecam in re habet Neguſ. de pignor. par. 5. memb. 2. num. 3, cum ſeq. in v. 6. p. 1. tract. Ripa in l. dabimuſque §. ſi quis cũ tutor. num. 15. ff. de priuil. cred. & in l. 1. numero 10. 13. ff. in quibus ca. pign. vel hypote. tac. contr. vbi declarat quid in re empta cum Pecunia Pupilli Pariſ. in conſ. 80. num. 17. 18. v. 1. vide in cap. 69. num. 4. in fin.

Quid in Re empta cum Pecunia Dotali vide Necuſ. de pignor. par. 5. memb. 1. num. 40.

